

ISMAELIS
BVLLIALDI
ASTRONOMIÆ
PHILOLAICÆ FVNDAMENTA
clarius explicata , & asserta.

A D V E R S V S

*Clarissimi Viri SETHI WARDI Oxoniensis Professoris
impugnationem.*



PARISIIS,
Apud SEBASTIANVM CRAMOISY, Regis & Reginæ
Architypographi,
ET
GABRIELEM CRAMOISY, viâ Iacobæ, sub Ciconiis.

M. DC. LVII.
CVM PRIVILEGIO REGIS.


ІДІАЛІВ
ЗАМОЮТЬ

АТИЛІСІЯ ЕСІАЛОВА

Сільськогосподарська

АДАПТАЦІЯ

Учебник для 10-11 класів



ІДІАЛІВ І. А. Учебник з агрономії. - 2

Київ: Агропромиздат, 1985.

200 с. 21 см. - (Серія: Сучасні

агротехнології та технології обслуговування

підприємств сільського господарства)

Ізд. відповідальний: І. А. Ідіалів



AD LECTOREM.

Nastronomia mea Philolaica, cum in cono ellipsum, per quam mouetur planeta, apte collocauerim, aliquid me præstisso existimo, unde motus accelerationis causa physica haberi possit; propterea quod à formis inditis corpora cœlestia moueri, quam ab aliqua virtute externa, verisimilius mihi semper est visum. Constructum igitur tale systema ex antecedente analysi, verum esse afferui, atque etiamnum affirmo. Contigit autem mihi, ut motum medium circa axem coni brevissime cuidam inæqualitati obnoxium esse, nisi post absolutum fere opus integrum, non deprehenderim. Hoc unum etiam mihi excidit, ut partem inæqualitatis, quæ in mora aut acceleratione reali consistit, secundum sinus rectos anomalie mediae præcise distribuerim; cum tamen aliqua differentia oriatur, à circulo in ellipsum translatō planetæ motu. Erroris admissi, quamvis exigui, ac parum sensibilis, mihi conscientius eram; utque Tabulae quam optimè motus cœlestes exhiberent, æquationes eccentrici Martis ex Tabulis Rudolphinis resumpsi; cum scrupulis primis duobus meas à cœlo deficere animaduertissem. In alijs ut pote insensibilem, si Mercurium excipias, illum dissimulaui, quem in Tabularum noua editione corrigerre decreueram. Verum occupauit me Vir Clariss. Sethus Wardus, edito anno 1654. libello; in quo errorem quidem notat, at non emendat; neque, corrigi quomodo debeat, vel minimum indicat aut monet. Oportuit igitur, que defectu aliquo laborabant in Astronomia Philolaica, integra præstare: errorem manifestare: quodque præcipuum, & præ cœteris mihi antiquius, ita emendare, ut Hypothesis elliptica tota niteat. Sic enim veritati, & eorum, qui opus meum commendarunt, fama mea que simul optimè consuluero. Illam ubique venerari, ornare, & à tenebris asserere bonos decet. Amicorum nomen existimationemque labefactari haud ferendum; ab ijsque factum de nobis judicium culpa no-

AD LECTOREM.

stra falsum coargui, laudesque operi nostro concessas corrumpi, turpe mihi ac indecorum, illis molestam ac injucundam iure ac merito foret.
Quam Reu. Pater Iohannes Baptista Ricciolus Soc. Iesu. Philosophiae, Theologiae ac Astronomiae Professor Bononiensis eruditissimus ac celeberrimus, in opere suo præstantissimo *Almagesto magno*, de Astronomia nostra, deque mea, tenui quamvis & exigua, industria sententiam tulit, integrum saluamque præstare debeo; & ob commendatum non vulgaribus verbis opus meum, maleuolorum suggillationibus obnoxium illum esse mihi ferendum non est; ipsi quippe valde me esse obstrictum agnosco. Laudauerunt etiam vigilias nostras amici nostri singulares, viri sinceri veritatis philosophicæ amantissimi, Amplissimus Iohannes Hevelius Gedanensis Reipublicæ Scabinus primarius, Summus ætate nostra & nunc Astronomus, Clarissimusque simul & eruditissimus Laurentius Eichstadius Astronomus quoque peritissimus, quos inculpabiles, ob me ipsorum suffragijs probatum ac commendatum, præstare, mea maxime interest. Quapropter exigit à me officij mei ratio, ut quæ rectè dixi propugnem: meque illis, quæ proposui, præstandis parem demonstrem: errores indicatos corrigam; & validis innixam fundamentis, concinne constructam & adornatam mean hypothesim ostendam.





ISMAELIS BVLLIALDI ASTRONOMIÆ PHILOLAICÆ Fundamenta clarius explicata & asserta.

*Aduersus SETHI WARDI Oxoniensis Professoris
impugnationem.*

P R O O E M I V M .

NAstronomia nostra Philolaïca, ex generalibus motuum cœlestium circumstantiis, viam, quam reuolutus Planeta perficit, Ellipticam esse ostendimus. Ex particularibus hoc ipsum demonstrauit Keplerus in opere luculento, quo Martis motus ingenti labore, & animi conatu vehementi indagauit. Sed ille, æquali medioque, & omni sese mouendi insita virtute à planetæ corpore remotis, totam id mouendi efficaciam Solari corpori tribuit: motumque medium, fictitium proinde statuit. Nos vero hunc medium seu æqualem motum haud fictitium, sed principium esse perpetuitatis rati, planetamque à propria forma, inditaque virtute circumagi, virginibus ad id opinandum validis rationibus, existimantes, methodo diuersa hanc rem aggressi sumus, & à priori motum planetæ Ellipticum esse ostendimus. Nunc vero hypothesim nostram fusius explicare nobis est propositum: vt, quæ in Astronomia Philolaïca minus clare ostensa sunt, aut quæ correctione indigent, patefaciamus, & Clariss. viro Setho Vvardo in

ASTRONOMIÆ PHILOLAICÆ

Academia Oxoniensi Astronomiæ Professori Sauliano, cæteris que omnibus, pro ingenii viribus, bona fide satisfaciamus; & cum iis, quæ nobis ab edita Astronomia Philolaïca in mentem venerunt, rationes communicemus; quibus ea, quæ iam adstruximus, confirmare ac stabilire aut meliorem in formam concinnare, vel defectum supplere proculdubio possumus. Cum ergo ex vniuersalioribus, magisque communibus causis Ellipticum esse planetæ motum ostenderimus, idem demonstrare ex accidentibus particularibus & posterioribus nunc aggrediemur. Sed Methodo Keplerianæ non omnino similia vtemur. Motuum etiam accidentia quædam notatu dignissima, & in Astronomia Philolaïca non explicata indicabimus. In hoc itaque argumento versantes, Martis motus considerabimus, cum præ cæteris fundamenta sensibus obuia, & oculis percipienda ipsi nobis ministrent.

In effectione autem, quam molimur, Eccentricitatis quantitas, tam orbis planetæ, quam annui, horumque orbium inter se proportio, nobis præcognitæ & inuentæ adsumi debent; locus etiam Aphelij determinatus retinendus est; absque his enim datis, frustra quicquam tentaremus. Planetæ etiam obseruata loca commoda feligere curæ nobis fuit; in quibus æquationum Eccentricitatis anguli magni, inter maximi minimique incrementi terminos existunt; simulque commutationis anguli maxime crescunt vel minuuntur, ea nempe, quæ prope noctis extremæ fulsiones sita sunt.

Vt autem ex his particularibus Ellipticam viam esse demonstremus, planetam per circulum volui primo supponere debemus, tamquam ὁλοχρῆς ἡ τετ' αἰδηνην notum. Cum quia videmus ipsum Planetam per lineam in se reuolutam volui: tūm etiam quod ipsius motus inscriptarum circulo linearum, & ad diametros ordinatarum plerumque seruet. Accedit etiam, quod linearum in se redeuntium simplicissima & prima sit, propter omnium peripheriæ partium æqualitatem distantiaæ à centro; est autem æqualitas omnium rationum & analogiarum principiū, fons, & origo. His itaque præmissis ad demonstrationem conficiendam transeamus.

CAPVT I.

Investigatio figuræ motus Planetæ ex circumstantijs particularibus.

VAT VIO R locorum stellæ Martis prope situm acrony-
chium, seu fulsionem extremæ noctis, in circulo con-
nexione hic faciemus.

Sit Sol D circuli anni QTO centrum P. linea absidum hu-
jus circuli OPDQ. Centrum orbis & viæ Martis punctum C.
circulus per quem Mars incedit ANEFG punctum circa quod
æqualiter fertur, sit B. linea absidum ABDF. eccentricitas
BC, cui æqualis est CD. Aphelium A eccentricitas autem BC
reperta est particular. 92 39. qualium CA est 100000.

Prima obseruationum, quas adsumimus, facta est anno 1582.
stylo veteri Decembri 26. H. 8. '30. Vraniburgi & visus est σ
in ♏ g. 17. '40. "30.

Secunda anno 1587. Martij die 4. H. 13. '24. styl. vet. obser-
vatus est σ in ♑ g. 26. '25. "40.


Tertia anno 1591. Iunij die 6. styl. vct. Hor. 12. '20. obserua-
tus est σ in ♐ g. 27. '15.

Quarta anno 1595. Octobris 27. styl. vct. H. 12. '20. obserua-
tus est σ in ♈ g. 18. '51. '15.

Martis medij motus & veri Solis sic se habuerunt in obseruationibus.

	ab Äquinoctio	Aphelii	Q	Nodi	ꝝ.	Locus ☽ vetus	Anomal.	Äquata	Distans Terra à Sole
I	S. g. 3. 8. 32. 15.	g. 28. 36. 16	g. 16. 30. 3	ꝝ 15. 4. 2	S. g. 6. 9. 35. 20	98246			
II	5. 29. 56. 52	28. 41. 45	16. 33. 24	X 23. 58. 44	8. 17. 36. 22	99652			
III	9. 4. 51. 13	28. 47. 18	16. 36. 49.	II 24. 59. 44	11. 19. 22. 19	101750			
IV	1. 5. 27. 46	28. 53. 7	16. 40. 23	m 14. 0. 43	4. 9. 18. 28	98898			

ASTRONOMIÆ PHILOLAICÆ



Sit prima obseruatio in puncto K.

S. g. / "

Anomalia media ♂ 10.9.56.1

Angulus ABK. compl. ad IV.
rectos. 50.3.59

Ang. CBK. 129.56.1

Data sunt BC. 9239.

Latera CK 100000.

Data erunt proinde

Angul. BKG 4.3.43

Quo ablato ab ABK datur

Ang. ACK 46.0.16

Deinde dabitur ex datis

CK 100000.

CD 9239.

Angulus CKD 3.34.16

Quo ablato ab ACK dabitur

Angulus ad Solem

ADK.

S. g. / "

Totus angulus BDK add. lo-
co ♂ Medio 7.37.59

Locus ergo ♂ ex
Sole. 5.16.10.14

"Ex datis colligitur DK
106618.

Distantia terræ à Sole DQ.
64486.

Locus verus Solis ex terra
recta RP 5.15.4.2.

Ex Sole PK locus
♂ 5.16.10.14

Angulus ergo RDK 1.6.12

Angulus æquationis orbis
add. est DKR 1.41.33.

Est linea DK in 5.16.10.14

Quādo igitur addetur angulus
Æquationis

FUNDAMENTA EXPLICATA. 9

æquationis orbis DKR videbitur ex terra sub linea RK σ in	g. 17.51.47	g. " semicirculum angulus
Sed visus est in L	g. 17.40.30	SMD 0.53.13.
Ergo differentia loci obseruati & computati est arcus KL	11.17.	Angulus æquationis orbis add. SMD 1.21.13.
<i>Sit secunda obseruatio in M.</i>		
Anomalia media σ angulus ABM	31.15.7	Est linea DM in mp 24.51.57
Data sunt ut in præcedenti BC, CM.		Cui cum addetur angulus SMD videbitur ex terra σ in mp 26.13.10.
Dabitur ergo BMC 2.44.51		
Quo ablato ab ABM dabitur angulus ACM 28.30.16		<i>Sed visus est in N mp 26.25.40.</i>
Ex datis CM, CD. & angulo ACM. dabitur CMD.	2.20.4	Ergo differentia loci obseruati à computato arcus MN 12.30.
Quo ablato ab ACM. dabitur ADM angulus ad ⊙	26.10.12	<i>Sit tertia obseruatio in E.</i>
Et totus BMD 5.4.55		Anomalia σ media
Quo ablato à loco σ medio dabitur locus verus σ ex Sole mp	24.51.57	ABE 126.3.55
Data sunt latera DM 108196.		Data sunt CB, CE ergo angulus BEC 4.16.58
DS 65408		Quo ablato ab ABE datur ACE 121.46.57
Locus Solis verus ex terra est linea SD 123.58.44		Et deinde CED 4.43.1
Ex Sole DM locus σ mp	24.51.57	Totus BED 8.59.59
Complementum Anomal. ad		Angulus ad ⊙ ADK. 117.3.56
		Ablato toto BED à medio loco σ 4.51.13.
		Erit locus σ ex ⊙ linea DE ↔. 25.51.14
Data sunt latera DE. 95460.		Data sunt latera DE. 95460.
		DT 66786.
Locus Solis verus ex terra DT.		Locus Solis verus ex terra DT. 1124.59.44
		Locus σ DE ex ⊙ ↔ 25.51.14.
		Angulus cōmutat orbis compl. ad semicircul.
		TDE. 0.51.30

10 ASTRONOMIÆ PHILOLAICÆ

g.	g.
Angulus equationis orbis TED	1.59.15
Est DE in	↔ 25.51.14
Addito ergo TED erit TE in	↔ 27.50.29
Sed visa est in H-in	↔ 27.15.0
Ergo differentia loci obser- uati à computato	0.35.29
<i>Sit quarta obseruatio in G.</i>	
Anomalia media ♂	8.6.34.39
Angulus FBG	66.34.39
Data sunt latera BC. CG. da- bitur angulus BGC	4.51.48
Qui additus ad FBG dat FCG	71.26.27
Hinc dabitur CGD	5.9.21
Totus BGD	10.1.9
Angulus ad ☽ FDG.	76.35.48
Locus ♂ medius BG	
<i>Obseruatus est in I.</i>	
	8.
	18.51.15.
Differentia ergo GI computa- ti ab obseruato est	26.50

Colligimus itaque ex his quatuor obseruationibus, motum planetæ in circulo ordinatum non respondere obseruato; sed in parte Eccentrici superiore ad absidum lineam AD propius accedere quam phænomena ostendunt. Inuenimus enim planetam nostro calculo in punctis KM. cum tamen Thyconis obseruationes accuratissimæ deprehenderint illum in punctis LN. Similiter in parte Eccentrici inferiore, calculus motus per circulum ordinati ad FD lineam absidum propius admettet planetam, quam obseruationes diligentissimæ ostendunt: inuenimus enim Martem in punctis E, G, cum tamen obseruatus fuerit in H & I punctis.

Cumque motus apparetens planetæ duabus inæqualitatibus obnoxius sit, differentia computati ab obseruato duabus etiam

FUNDAMENTA EXPLICATA. II

ex inequalitatibus constabit, ex differentia scilicet loci in Eccentrico computati, & eius quem reuera tenet: atque etiam ex consequente primam secunda differentia, anguli nempe ~~æquationis~~ parallaxeos orbis computati, & illius qui reuera est: quod ut accidat necessarium est, quoniam posita majore vel minore, quam reuera sit Anomalia orbis, promotior vel remotior planetæ locus in Eccentrico esse debet; ac proinde maior vel minor prodibit angulus ~~æquationis~~ parallaxis orbis.

Vtque partem vtramque, quam exactè fieri potest discernamus, sequenti methodo vremur, quæ ad verum proximè nos ducet.

In prima obseruatione ex datis DR, DK, maximus angulus æquationis orbis colligitur g. 37. 13. cuius pars, quæ in loco Anomaliae orbis dato vni gradui anomaliæ Eccentrici congruit, gr. 1. 32. reperitur. differentia ergo vnius gradus loci in Eccentrico discriben obseruatae longitudinis & computatae faciet, coniunctis duabus differentiis, g. 2. 32. Itaque talis instituatur analogia. Si differentia obseruati & computati g. 2. 32. composita ex duabus, differentiis, dat differentiam anomaliæ Eccentrici g. 1. differentia II. 37. quæ vtramque etiam differentiam includit, differentiam anomaliæ Eccentrici exhibebit 4. 27. quæ maior ex hypothesi euadit per calculum longitudo Eccentrica Martis ex Sole visi, quam reuera sit, atque adeo major calculo datus est anomaliæ orbis angulus RPK, quam sit reuera. Locus ergo Martis Eccentricus verus L longius distat à punto A, quamab eodem punctum K in quo eum supponebamus.

In secunda obseruatione ex datis DM, DS, maximus angulus parallaxis orbis colligitur gr. 37. II. 42. cuius in loco Anomaliae orbis dato, congruit pars vni gradui g. 1. 32 circiter. quare iuxta superiorem analogiam, differentia vnius gradus in Eccentrico, & ex is congruens æquatio orbis g. 1. 32. simul sumptæ hoc est g. 2. 32. exhibent differentiam loci Eccentrici, nempe g. 1. quid exhibebunt. 12. 30. colligemus 4. 56. differentiæ loci Eccentrici competentem. erit itaque differentia longitudinis in Eccentrico computati loci ab eo qui reuera est. 4. 56. Quis vero obseruatio promotiorem ostendat?

12 ASTRONOMIÆ PHILOLAICÆ
dit Martem' 12. "30. quam computatus , angulus S.D M. anomaliæ orbis computato maior erit. '4. "56. & ideo linea DM. promotior erit '4. "56. & angulus parallaxis orbis maior erit angulo DMS '7. "34. Locus ergo Martis Eccentricus magis distat à linea AD. & puncto A, quam punctum M. erit ergo Martis in Eccentrico locus verus punctum N.

In tertia obseruatione ex datis DE, DT, maximus angulus æquationis seu parallaxis orbis emergit g. 44. '24. circiter, huius autem pars congruens gradui vni anomaliæ orbis in dato loco est. g. 2. '19. differentia vero loci obseruati & computati est '35. "29. quare partem competentem differentiæ longitudinis in Eccentrico computati loci, ab eo qui reuera est, colligemus '10. "42. quia vero obseruatio tardiorem ostendit Martem , quam calculus ; minor est angulus TDE anomaliæ Orbis, quam positus est , nempe '10. "42. & locus Planetæ propior A; ita vt etiam minus addat TED angulus parallaxis orbis '24. "47. quam addere ex calculo positus est. Cum ergo locus in Eccentrico verus minus promotior sit quam E in quo ponebatur, eritis in H, non in E, & a punto A minus distabit.

In quarta obseruatione ex datis DG, DV datur angulus parallaxis orbis maximus g. 41. '45. "47. gradui autem vni in loco dato congruit pars g. 1 '59. est autem differentia obseruati à computato '26. "50. quare per institutam supra analogiam illius differentiæ '26. "50. partem competentem differentiæ longitudinis in Eccentrico loci computati, & eius qui reuera est colligemus '8. "59. quia vero obseruatio promotior rem ostendit Martem, erit angulus VDG. major , & linea DG promotior erit, magisque distabit à punto F. & Planeta erit in I.

CAPUT II.

Motus Planetæ medius circa punctum B inæqualitatem aliquam admittit, & aequalibus temporibus aequales angulos semper non describit.

His sic demonstratis, ostendendum est motum Planetæ ^{Videatur} medium & aequalem circa B punctum, breui admodum ^{figura capi} ab aequali motu discrimine, esse inæqualem. ^{preced.}

Cum enim in prima obseruatione K medius motus positus sit ab aphelio A, post semicirculum integrum, angulus FBK, & linea motus illius BK. obseruatione tamen deprehenderimus planetam non esse in K, sed in L: & inuenta sit differentia KL. "4. verus ideo motus hoc loco tardior factus est in Eccentrico, quam medius circa punctum B.

In secunda obseruatione ad M, motus medius positus est angulus ABM. & linea ipsius BM. Sed obseruatus locus docuit Planetam promotiorem esse ab Apholio A quam punctum M. & fuisse tunc in N. atque adeo verum motum velociorem medio factum esse circa punctum B. "4, "56.

In tertia E motus medius per Eccentricum circa punctum B celerior est factus est vero "10. "42. & compositus sit in E. obseruatio tamen eum ostendit in H.

In quarta tandem medius motus, qui ponebatur in G, non exhibuit locum apparentem Planetæ in Eccentrico; sed obseruatio docuit verum locum ibi esse celeriorem "8. "59. & planetam fuisse in I. non autem in G.

Medius itaque motus, qui fit circa punctum B admittit aliquam inæqualitatem velocior aut tardior factus.

In circulo igitur AMFG ducantur à punctis L, N, H, I parallelæ LX, NX, HZ, IZ lineis medijs motus BK, BM, BE, BI, medium motum planetæ in orbita repræsentabunt; erit enim angulus AZH æqualis angulo ABE; & AZI æqualis ABG, jacet autem punctum Z supra B versus aphelium A; quia puncta H, I, minus distant ab aphelio A, quam puncta

14 ASTRONOMIÆ PHILOLAICÆ

E, G, & parallelæ sunt BE, ZH, item BG, ZI. pari ratione angulus AXN motum medium repræsentat, cum æqualis sit angulo ABM. Similiter AXL, qui æqualis est ABK. Sed punctum X jacet infra punctum B; quod puncta DN magis distent à puncto A, quam puncta KN. hoc autem posito, motus medius non fieret circa punctum B, in lineis, quæ ab eo ad puncta LNHI ducentur, sed circa puncta infinita ultra circaque punctum B, quod stare cum æqualitate non potest.

CAPVT III.

Planetæ Via est Elliptica, & connexio est perpetua æqualis motus & inæqualis.


V E R V M cum motus perpetui æqualitas sit comes, motus aliquis æqualis cum illo inæquali sic connecti debet, ut æqualitas cum inæqualitate subsistat. Moueri præterea Planetam vno motu per vnam lineam in se reuolutam satis superque probatum est; quare propter hanc inæqualitatem Epicyclus non est inuehendus realis; sed quam Planeta describit, resolueudam est figura, & ex datis in aliquid eorum qua vera sunt principia ac per se nota deueniendum est.

Atque etiam cum vna eademque virtus motrix, connexos motum æqualem & inæqualem dirigat, circa vnum idemque fixum punctum vel lineam vtrumque fieri necesse est. & vna eademque distantia vtriusque ab initio summæ tarditatis aut velocitatis esse debet; atque in eadem proportione ipsæ distantiae inter se permanere debent. Quare medius motus non erit in lineis XN, XL, XH, ZI, quæ parallelæ sunt lineis medijs motus ex punto B ductis, & quæ à punctis veri loci in Eccentrico ad puncto XZ ductæ sunt. non enim ad vnum punctum in plano, aut ad eandem lineam in superficie directio nem haberet motus æqualis, atque adeo æqualis non esset. erit igitur motus medius æqualis in plano aut circuli, aut alijs figuræ in se reuolutæ, non circa puncta XZ, aut intermedia inter ipsa ac punctum B. verum circa punctum B solum,

FUNDAMENTA EXPLICATA.

15

Eadem porro distantia utriusque ab initio summæ tarditatis aut velocitatis esse debet; & in illis distantiis eadem proportio perdurare, dum ab initio alterutro progrediuntur.



Sit circulus AHFI, in cuius diametro AF sit punctum D Sol, punctum circa quod fit medius motus sit B. Centrum circuli C. aphelium A. perihelium F. Sint loca Planetæ visa & observata L, N, H, I, à quibus punctis ductæ sint ordinatæ ad diametrum AF, nempe LP, NO, HR, IS, ipsæ determinabunt distantiam planetæ ab initio summæ tarditatis A vel velocitatis F; distantias nempe AP, AO, AR, AS; quia ordinatæ illæ LP, NO, HR, IS. mensuræ sunt angulorum ABL, ABN, HBF, IBF. ac etiam ideo determinant distantiam planetæ ab initio summæ tarditatis, vel velocitatis, quod secundum rationem auctorum vel immunitorum sinuum versorum, qui arcubus AL, AN, FH, FI respondent, augeatur vel minuatur velocitas planetæ, vt ex angulorum prosthæreticorum resolutione patet. Ut itaque motus æqualis ac inæqualis eandem à terminis tarditatis ac velocitatis teneant distantiam, in iisdem ordinatis lineis LP, NO, HR, IS stare debent.

In illis ergo ordinatis LP, NO, HR, IS, in quibus ambo tam æqualis, quam inæqualis motus consistunt, differentia,

16 ASTRONOMIÆ PHILOLAICÆ

quæ inter utrumque deprehensa est in Eccentrico etiam consistet. deprehensus est autem obseruatus locus ex puncto B in Eccentrico in locis L, N differre ab æquali circa punctum B. & anguli ABL, ABN majores deprehensi sunt angulis medijs motus ad lineam AB factis, & motus æqualis animaduersus est versus puncta Z y vergere in locis vero H, I, anguli FBH, FBI majores deprehensi sunt angulis medijs motus ad lineam FB factis, & motus æqualis versus puncta b, a vergere deprehensus est.

Cum itaque eadem sit distantia utriusque æqualis & inæqualis à terminis tarditatis vel velocitatis, eadem etiam proportionis æqualitas in differentiis ubique seruabitur, quæ in iisdem ordinatis consistet, & differentiarum mensuræ in iisdem quoque ordinatis erunt.

Cum autem angulus motus medijs in superiori parte ad lineam AB minor sit quam ABL, aut ABN; angulus motus inæqualis circa B; erit mensura anguli motus æqualis circa B in superiori parte minor, quam mensura anguli inæqualis motus in Eccentrico circa idem B. ducantur BKZ, BMy, quæ ordinatas secant in punctis K, M. sintque ABZ, ABy angulimedijs motus circa B.

Vtique igitur motu consistente in ordinata PL, ipsa tota mensura est anguli ABL motus inæqualis circa B; sed ABZ angulus æqualis motus circa B minor est angulo ABL, pars igitur ordinatæ PL metietur angulum ABZ motus æqualis, & pariter aliis in locis N, H, I. Cum ergo eadem proportionis æqualitas ubique seruetur, erit ut tota PL, mensura anguli ABL seu PBL motus inæqualis circa B in Eccentrico, ad partem PK, quæ metitur angulum motus æqualis PBK; ita tota NO, mensura anguli ABN, seu OBN motus inæqualis circa B, ad OM; quæ metitur angulum OBM motus æqualis. & ita tota HR, ad ER; & tota IS ad GS. Sed puncta L, N, H, I, in circulo positione sunt data, estque ut LP ad KP; ita NO ad MO; & ita HR ad ER. & ita IS ad GS. erunt ergo puncta K, M, E, G, in Ellipsi, cuius axis transuersus erit AF, qui ad coniugatum se habebit, ut PL ad PK. quare motus Planetæ æqualis sit in Ellipsi. Sed per Ellipsem & circulum unum simul Planeta non mouetur. Itaque, cum motus æqualis, qui pri-
marius

FUNDAMENTA EXPLICATA.

17

marius est & principalis, fiat in Ellipsi, inæqualis etiam in Ellipsi fiet, & per eam planeta mouebitur.

Inæqualis autem motus lineæ BL, BN, BH, BI cum eundem terminum habeant in peripheria circuli ac ordinatæ, & corpus planetæ per ellipſim incedens in illis lineis BL, BN &c. reperiatur, directionem seruat corpus planetæ ad puncta B, L, ita ut semper reperiatur inter B. punctum circa quod fit equalis motus, & L terminum in ellipſi ordinatæ OK, que per K punctum medij motus in ellipſi ducitur, & ad circulum ANH, super axe transuerso AF ut diametro descriptum, perducitur; quamobrem ille circulus ad demonstrandum motum Planetæ adhibendus est.

Ex illa itaque directione, quam seruat corpus Planetæ ad puncta B, L, fit inæqualis motus medius quadam parua differentia; ex consequenti igitur fit tantum inæqualis; cum æquali tamen semper cohæret, quoniam ordinata PK quæ medium æqualem determinat producta ad circulum in L, in hoc punto cum BL ad circuli peripheriam producta conueniat & vniatur; & linea motus inæqualis BL à determinante æqualem motum, ordinatâ PKL regitur ac circumducitur. Medium ergo motum, Medium æqualem appellabimus; alterum vero Medium verum; vel breuitatis causa primum appellabimus Medium, alterum vero Medium verum.

CAPVT IV:


Motus æqualis & inæqualis, hoc est Medij, & Medij veri circa axem coni in Ellipſi connexio.

CV M ergo Planetæ motus in ellipſi fiat, & in Astronomia Philolaica ostenderimus motum medium & æqualem circa axem coni ordinatum esse: connexionemque vtriusque motus Medij scilicet, & Medij veri hic demonstrauerimus, quodque ab eodem principio manant, ab æqualitate nempe distantiae à terminis velocitatis vel tarditatis, & proportione æqualiter seruata; In ellipſi circa conum, vt illi connectantur

C

18 ASTRONOMIÆ PHILOLAICÆ
ac ordinentur, explicare, & quomodo calculus absoluatur
exemplis docere nunc aggredimur.

Sit Conus Scalenus ABC, in quo secta sit ellipsis ELF, cuius vmbilicus G in axe Coni AD existat. & distet Gab I centro ellipsois quantitate Eccentricitatis Martis; alter vmbilicus sit H, in quo sit Sol, aphelium erit E, perihelium F. Osten-dimus in Astronomia Philolaïca, planetam circa axem Coni æqualiter moueri: inæqualiter vero per ellipsim ob majores ac minores circulos, per quos circa axem Coni incedit. Hęc est igitur una primæ inæqualitatis pars, realis mora, & acceleratio nempe, quæ ex bisectione Eccentricitatis, & distantia puncti G ab I punto oritur.



Planetæ motus per circulos infinitos 46, 279, & cæteros qui à puncto E ad F duci possunt, basi BDC parallelos ordinatur; omnes etiam lineæ ordinatæ à corpore planetæ S vel β ad lineam EF, quæ terminos summæ tarditatis & celeritatis jungit, easdem rationes ac ordinatæ in circulo seruant, hoc est RS ad Vβ, eandem seruat rationem, quam RQ ad VZ. omnes etiam ordinatæ à puncto Medij motus O vel X, ad EF ductæ, easdem rationes ac ordinatæ in circulo seruant; hoc est PO ad TX eandem tenet rationem, ac PN ad Ty. In ellipsi etiam sic mouetur corpus Planetæ S vel β, vt directionem ad N & Y, terminos in peripheria circuli ordinatarum PN, TY. quæ per puncta æqualis motus transeunt, itemque ad G umbilicum directionem seruet, ita vt corpus planetæ semper sit in linea GSN, vel GβY, quæ ab umbilico G ad N vel Y, terminum ordinatæ NOP, vel TXY, quæ ordinata per loca motus æqualis O, X transit. Propterea corpus Planetæ S vel β, seu linea veri motus circa axem AD, nempe GS, à linea GO æqualis motus circa eundem axem distat pro ratione excessus ordinatarum in circulo PN, TY supra ordinatas in Ellipsi PO, TX. quæ differentia, nempe NO, XY, metitur angulum OGNvel XGY, quo motus Medius æqualis circa axem AD distat à Medio vero circa eundem axem.

Sit in prima obseruatione, Marte posito in β, motus Medij angulus, complementum ad quatuor rectos EGX & punctum X in Ellipsi, à quo ad axem Ellipsis EF ducta sit ordinata XT, quæ etiam ad circulum EKF pertingat in Y. mensura distantiæ planetæ ab E summæ tarditatis termino est ET. in eadem etiam ordinata TY, æqualis inæqualisque motus, idest Medij & Medij veri, circa coni axem AD termini existunt, æqualis nempe X punctum in Ellipsi; inæqualis vero punctum Y in circulo; ad quod punctum Y relationem habet corpus Planetæ in Ellipsi positum, tali modo, vt in Ellipsi sit in β, inter G umbilicum punctum Medij motus, & punctum Y, quod est in circuli peripheria.

Dirigitur ergo motus medius latione simul facta rectangularium GX, TX. ob productam vero TX in Y. Seruatamque directionem ad umbilicum G & terminum Y, qui in circulo est (quoniam in Planetæ motibus rationes inscriptas)

20 ASTRONOMIÆ PHILOLAICÆ
rum circulo linearum in sunt) motus medius circa G vel axem
AD fit inæqualis; & hic inæqualis, modo vincit equalem, mo-
do ab ipso vincitur; & quantitate anguli XGβ h̄ic differt inæ-
qualis Gβ ab æquali GX, qui Gβ inæqualis æquali cohæret
per connexionem rectarum TY, GY & TXY, GX, quæ am-
bæ tam æqualis, quam inæqualis motus directrices sunt.)

CAPVT V.

*Quomodo à priori inueniendus sit angulus ad Solem, seu
Anomalia coæquata EHX.*

IN triangulo TXG datus est rectus ad T, & dato medio mo-
tu, datur TGX tertius ergo TXG datus erit, atque etiam
qui deinceps GXY, ac propterea in triangulo TXG ratio late-
rum data erit, posito GX, 100000.

Propter datam specie Ellipsim, data est ratio TX ad XY.
dabitur ergo XY talium partium notarum, qualium GX erit
100000.

Cum ergo in nota ratione ad inuicem data sint latera GX,
XY cum angulo GXY, quem comprehendunt, dabuntur an-
guli XYG, XGY. hoc autem loco XGY est angulus, quo me-
dius motus circa axem differt à vero medio, quem inæqua-
lem supra appellauimus, & quo ille hunc superat & promo-
tior est: dabitur ergo TYG. & quia GTY rectus est, dabitur
tertius TGY, & qui deinceps IGY.

Vt vero habeatur quantitas rectæ Gβ, ducatur per β ordinata VBZ. In triangulo VβG noti sunt omnes anguli, notus
erit & qui deinceps GβZ. sed & in eodem datis omnibus an-
gulis, dabitur Vβ in partibus, qualium Gβ erit 100000. &
quia data est specie Ellipsis, dabitur in iisdem β Z. Datis etiam
Gβ, β Z & angulo comprehenso, dabitur etiam β GZ. quo
addito ad EGY dabitur EGZ & qui deinceps ZGI.

In triangulo porro GIZ, dato ZGI, vna cum lateribus ZI
radio, & GI eccentricitate, dabitur GZI. qui ablatus ab an-
gulo EGZ relinquit EI Z, datur ergo arcus EZ eiusque sinus


FUNDAMENTA EXPLICATA

ii

versus EV. adeoque per ea quæ demonstrauimus lib. 2. Astron. Philolaïcæ cap. 11. dabitur $G\beta$. atque adeo $H\beta$. datum est etiam latus GH , in triangulo itaque $GH\beta$, præter omnia data late-
ra, datus est angulus $HG\beta$ seu IGY , quare datus erit & an-
gulus $G\beta H$, & angulus ad Solem, qui queritur, $GH\beta$.

C A P V T VI.

Quatuor locorum Martis in Ellipsi collocatio.



22 ASTRONOMIÆ PHILOLAICÆ

In prima obseruatione, que est ad ß anno 1582. Decembris 26. H. 8.
30 motus medij fuerunt.

ab Æquinoctio. Aphelis Nodi Ω
 S. g. ' " . S. g. ' " . S. g. ' " .
 3. 8. 32. 15. Ω . 28. 36. 14. 8. 16. 30. 3.
 Anomalia media 10. 9. 56. 1.

Ergo complementum ad circulum angulus EGX g. 50. ' 3.
 " 59. in triangulo TGX dati sunt omnes anguli: dabitur etiam
 ratio laterum

Anguli.	Latera.	Quia data est ratio axis
GTG rectus	GX 100000	transuersi ad coniugatum,
TGX g. 50. ' 3. " 59	TX 76679	seu rectæ IK semissis a-
TXG 39. 56. 1.	TG 64190	xis transuersi ad semissim
conjugati IL, vt 100000 ad 99572.		erit vt IK ad KL, ita TX
erit vt TY 77009.		76679. ad XY 330. qualium GX est
		100000.

In triangulo itaque XGI, dato angulo GXY (complemento scilicet ad duos rectos anguli TXG) g. 140. ' 3. " 59. & lateribus GX, XY, dabitur angulus XGY ' 7. " 21 addendus angulo EGX, vt complementum anomaliae simplicis primo æquatæ sit angulus EGY g. 50. ' 11. " 20. & ita Anomalia media vera erit S. 10. g. 9. ' 48. " 40. Idem etiam angulus XGY. ' 7. " 21. à motu medio est auferendus, vt medius verus motus Martis tunc sit Sign. 3. g. 8. ' 24. " 54.

Cum ergo corpus Planetæ in Ellipsi sit in linea GY in puncto β . vt habeatur angulus G β H, inuestiganda est quantitas lineæ G β . ducta sit V β Z, quæ æqualitas TY in triangulo V β G dati sunt

Anguli	Latera	Vt IK ad IL, ita V β
GV β rectus	G β 100000.	76816 ad VZ 77146. er-
VG β g. 50. ' 11. " 20	V β 76816.	go β Z est 330. qualium
V β G 39. 48. 40.	VG 64026.	G β 100000. Itaque in
(complemento scilicet ad duos rectos anguli V β G)		triangulo G β Z, datis G β , β Z & angulo G β Z g. 140. ' 11. " 20.
		(complemento scilicet ad duos rectos anguli V β G) dabitur
		β GZ ' 7. " 21. addito igitur hoc β GZ, angulo EGY erit totus

FUNDAMENTA EXPLICATA.

23

EGZ g. 50. 18. "41. & qui deinceps IGZ erit g. 129. 41. "19.

In triangulo GI^Z datis GI eccentricitate vmbilici 9239, & ZI radio, atque etiam angulo IGZ, dabitur GZI g. 4. 4. "39. quare angulus EI^Z reperitur g. 46. 14. "2. & eorundem arcus EZ. cuius sinus versus EV datur 30828. ergo vt I^E ad EV, ita IG 9239 ad 2848. quæ pars addenda est EG 90761. vt habeamus G^B 93609.

Datis G^B, GH 18476. & angulo IG^B g. 129. 48. "40. habebimus G^B H g. 7. 40. "0. qui angulus additus loco medio vero G^B, qui est in \odot gr. 8. 24. "54. ostendet H^B visum ex Sole H in \odot g. 16. 4. "54.

Dato G^B 93606. dabitur H^B 106391. quia ex vmbilicis Elliseos GH, ad idem punctum B ductæ sunt, G^B, H^B, & ideo axi transuerso EF æquales sunt. Repetatur hic figura prima, in qua H^B à Sole ad planetam in Ellipsi ducta, supponatur esse DK, ex data Solis anomalia equata data est DR distantia à terra 98246. Sed qualium data est DK 106391. talium erit DR 64486. proinde qualium erit DK radius, talium erit DR 60613. sinus rectus anguli maximæ equationis orbis g. 37. 18. "37.

Quia Sol est in \odot g. 15. 4. "2. & punctum R terra ex Sole videtur in \odot g. 15. 4. "2. Mars vero ex Sole est in DK \odot g. 16. 4. "54. erit angulus KDR anomalie orbis complementum ad semicirculum g. 1. 0. "52. dabitur ergo angulus DKR g. 1. "33. "34. equationis orbis, qui addendus est loco Martis ex Sole. Ex terra igitur apparebit in \odot g. 17. 38. "28. visus est autem in \odot g. 17. 40. "30. deficit ergo calculus à cœlo '2. "2.

Talis erit in sequentibus methodus.

Secunda obseruatio est in S. Anno 1587. Mars die 4. Hor. 13. 24.
Martis medijs motus, sic se habuerunt.

ab Aeqinoctio Aphelij Nodi Ω :

S. g. ' ". S. g. ' ". S. g. ' ".
5. 29. 56. 52. Ω . 28. 41. 45. 8. 16. 33. 24.

Anomalja Media EGO 31. 15. 7.

24 ASTRONOMIÆ PHILOLAICÆ

In triangulo Anguli Latera talium dabi-
lo GPO } GPO rectus GO 100000. tur PN
} PGO g. 31. '15. "7. PO 58180. 52. 102. &
} GOP 58.44. 35. GP. 85489. NO. 222.

In triangulo NGO Dabitur ex illis
data sunt GO. 100000. OGN '6. "32. hinc
Latera ON. 222. angulus EGN g. 31.
& angulus NOG NO. g. 121. '15. "7. "21. "39. seu GSR
ergo datur RGS g. 58. '38. "21. addito itaque angulo OGN
dabitur locus Martis medius verus in ≈ 0. 2. '3. "24.

In triangulo RSG.

Latera.	Talium erit RQ 52264. & QS 222. &
GS.	100000. datis in triangulo GSQ lateribus GS,
GR.	85390. QS cum angulo QSG g. 121. '21. "39. da-
RS.	52042. bitur SGQ '6. "32. qui additus angulo EGN, dabit angulum EGQ. g. 31. '28. "11.

In triangulo GQI.

data sunt latera	IQ 100000. Dabitur ergo angulus
	IG 9239 GQI. g. 2. '45. "52. quo
& angulus QGI.	g. 148. '31. "49. ablato ab EGQ, dabi-
	tur EIQ g. 28. '42. "19. id est arcus EQ. cuius sinus versus pro-
	inde datus erit 12290. quo dato dabitur longitudo rectæ GS
	91896. & HS 108204.

In triangulo GSH

data sunt	GS. 91896. Dabitur itaque ex his
latera &	GH. 18478. datis angulus GSH g.
angulus SGI	g. 148. '38. "21. 5. '6. "11. subtrahendus à loco Martis medio vero, qui est in ≈ gr. 0. 3. "24. locus ergo
	Martis ex Sole H est in ≈ g. 24. '57. "13.

In figura secunda huius capitatis locus Martis qui in Ellipsi est S, sit M & Sol in D. data est DM 108104: data est ex anomalia Solis æquata distantia ipsius à terra 99652. Sed qualium fuerit DM 108104. talium erit DS 65408. angulus ergo maximus æquationis orbis est g. 37. '13. "56.


Sed videbatur in ≈ g. 23. '58. "44. Terra ex Sole in ≈ g. 23.
58.

FUNDAMENTA EXPLICATA:

25

- '58."44. & in linea DS. Mars vero in linea DM in mp. g. 24. '57.
 "13. Angulus anomalie orbis ad complementum semicirculi
 est SDM. g. o. '58."29. Angulus ergo SMD aequationis orbis
 addendus g. i. '29."32. ut locus Martis ex terra sit in mp. g. 26.
 '26."45. Visus est autem in mp. g. 26. '25."40. excedit ergo cal-
 culus cœlum'1."5.

Tertia obseruatio est in anno 1591. Iunij die 6. H. 12.'29. Martis
 medij motus sic se habuerunt.



26 ASTRONOMIÆ PHILOLAICÆ

ab Äquinoctio. Aphelij Nodi Ω
 S. g. ' ". S. g. ' ". S. g. ' ".
 9. 4. 51. 13. Ω . 28. 47. 18. 8. 16. 36. 49.
 Anomalia media EG φ . 126. 3. 55.

In triangulo $\varphi G\mu$

Anguli Latera Ergo $\varphi \downarrow$ colligitur particul.
 $\varphi \mu G$ rectus } φG 100000. } 347. & in triangulo $\varphi G \downarrow$ da-
 $\varphi G\mu$ g. 53. ' 56. 5. } $\varphi \mu$ 80835 } tis lateribus φG . $\varphi \downarrow$ cum an-
 $\mu \varphi G$ 36. 3. 53. } $\mu \varphi$ 81192 } gulo $\downarrow \varphi G$. g. 143. ' 56. " 5. da-
 bitur $\varphi G \downarrow$. 6. " 57. quo subtracto à medio dabitur verus medius
 S. 9. g. 4. ' 44. " 16. Dabitur etiam angulus Anomaliæ mediæ
 veræ EG ω . g. 125. ' 56. " 58. & angulus $\xi \downarrow G$. gr. 35. ' 56. " 58.

In triangulo $\xi G\omega$ dati sunt

Anguli Latera Ex illis dabitur $\xi \gamma$ 81304.
 $G \xi \omega$ rectus } $G \omega$, 100000 } & $\omega \gamma$ 348, datis $G \omega$, $\omega \gamma$, &
 $\xi G \omega$. g. 54. ' 3. " 2. } $\xi \omega$ } 80956 } angulo $G \omega \gamma$ g. 144. ' 3. " 2.
 $\xi \omega G$ 35. 56. 58. } ξG } 58704 } dabatur angulus $\omega G \gamma$. ' 6.
 " 58. & angulus $\xi \gamma G$ seu FG γ est gr. 54. ' 10. erit itaque FG ω . g.
 54. ' 3. " 2.

In triangulo $G \gamma I$

Data sunt } Iy. 100000 | Datur ex illis angulus $G \gamma I$ g. 4.
 latera & } IG. 9239 | 17. " 43. qui additus angulo FG γ
 angulus $IG \gamma$ | g. 54. ' 10. | dat φIy g. 58. ' 27. " 43. id est ar-
 cum F γ . cuius etiam datur sinus versus F ξ 47694. ac proinde
 data erit longitudo $G \omega$. 104833. & $H \omega$ 95167.

In triangulo $G \omega H$

Data sunt } Ex quibus datur angulus $G \omega H$
 latera & } $G \omega$. 18478 | g. 9. ' 3. " 36. Subtrah. à loco me-
 } $G \omega$. 104833 | dio vero, ita vt locus Martis ex
 angulus HG ω | g. 54. ' 3. " 2. | Sole H sub linea $H \omega$ videatur in
 " gr. 25. ' 40. " 40.

In secunda figura huius capitinis Mars sit in E. Sol ex terra vi-
 detur in II gr. 24. ' 59. " 44. Terra ex Sole in II gr. 24. ' 59. " 44.
 per lineam DT. distantia terræ à Sole est DT 101750. sed qua-

FUNDAMENTA EXPLICATA.

27

lium erit DE distantia Martis à Sole 95167. talium erit DT
66787. ergo datur maximæ æquationis angulus g. 44. '34. "19.
ex datis locis Solis & Martis ex Sole datur angulus TDE. com-
plementum Anomaliæ orbis ad semicirculum gr. o. '40. "56.
datis ergo TD 66286. & DE 95167. cum angulo TDE dabi-
tur TED g. 1. '36. "9. Addendus loco ex Sole viso. Mars ergo
ex terra videbitur sub linea TE in ↗ gr. 27. '16. "49. Obser-
uatus fuit in ↗ gr. 27. '15. excedit itaque calculus cœlum'1.
"49.

*Quarta obseruatio est in ζ anno 1595. Octobris die 27. H. 12. '20. Medi-
motus Martis tales fuerunt.*

ab Äquinoctio. Aphelij Nodi Q
S. g. ' . " . S. g. ' . " . S. g. ' . "
1. 5. 27. 46. Q. 28. 53. 7. 8. 16. 40. 23.

Anomalia media post semicirculum FGπ. 66. 34. 39.

In triangulo εGπ dati sunt,

Anguli	Latera	Taliū dabitur ελ 92154
Gεπ rectus	Gω 100000	& πλ 394 dabitur ergo
εGπ g. 66. '34. "39.	επ 91760	angulus πGλ '5. "46.
Gπε 23. 25. 21.	Gε 39750	angulus igitur εGζ g.
66. '40. "25. addendus medio, vt Martis medius verus sit in 8.		
g. 5. 33. "32. & Anomalia media vera g. 66. '40. "25. hoc est εGζ		
angulus.		

In triangulo ΔG dat sunt

Anguli	Latera	Taliū erit Δθ 394. & an-
GΔ rectus	Gζ 100000	gulus ΔGθ '5. "48. angulus
ΔGζ. g. 66. '40. "25	Δζ 91827	itaque ΔGθ. est g. 66. '46.
GζΔ 23. 19. 35	GΔ 39597	"13.

In triangulo IGθ data sunt latera GI 9239 & Iθ 100000 da-
bitur GθI g. 4. '52. "12. qui additus angulo F Gθ exhibet
FIθ. g. 71. '38. "25. id est arcum Fθ cuius sinus versus est FA
68501.


D ij

Data erit propterea longitudo $G\zeta$ 102 917. ac proinde $H\zeta$ distantia Martis à Sole 97083.

Ex datis $G\zeta$, GH cum angulo $HG\zeta$, dabitur $H\zeta G g. 10. 3. 53.$ angulus addendus medio vero. Locus ergo Martis ex Sole est in $\text{g. } 15. 37. 25.$

In secunda figura Mars sit in G . Sol apparebat in $m. 14. 0. 43.$ & terra ex Sole in $\text{g. } 14. 0. 43.$ distantia Solis à terra DV 98898. Sed qualium erit DG distantia Martis à Sole 97083. talium erit DV 64914. maximè æquationis angulus g. 41. 57. 44. Angulus VDG complementum anomaliae orbis ad semicirculum est g. 1. 36. 42. datis igitur lateribus DG, DV, cum angulo VDG, dabitur angulus æquationis orbis VDG g. 3. 13. 32. addendus loco Martis ex Sole, ut ex terra visus sub linea VG sit in $\text{g. } 18. 50. 57.$ obseruatus est in $\text{g. } 18. 51. 15.$ deficit ergo calculus à cœlo 'o. 18.

Obseruata loca.	Computata	Differentia.
1582. Decēb. 26	g. 1. 0. g. 1. 0. 1. 0.	
1587. Martij 4	mp 17. 40. 30. mp 17. 38. 28. - 2. 2.	
1591. Iunij 6	mp 26. 25. 40. mp 26. 26. 45. + 1. 5.	
1595. Octob. 27	mp 27. 15. 0. mp 27. 16. 49. + 1. 49.	
	g. 18. 51. 15. g. 18. 50. 57. - 0. 18.	



CAPVT VII.

*Quomodo hypothesis Elliptica in circularem transmutari
debeat.*

IN Astronomia Philolaicæ lib. r. c. 18. ostendimus, quomodo per motum epicycli describatur Ellipsis; hoc posito nunc propositum est nobis explicare; *Quomodo hypothesis Elliptica, quæ vera & simplex est, in circularem commutari & transformari debeat.*

Ostensum est in antecedentibus, planetæ corpus semper obseruare directionem ad umbilicum G qui in axe Coni AD. & ad terminum Y (qui in circumferentia circuli EKF) ordinatae TXY, quæ transit per X punctum modo motus in Ellipsi.

Id est Planetam in Ellipsi motum, esse in β punctum in Ellipsi, inter punctum in Ellipsi, inter punctum Y & inter punctum G; siue planetam β in Ellipsi motum, semper situm esse in linea GY, quæ ab umbilico G ad peripheriam circuli EKF dicitur, & ad terminum ordinatae TY, quæ in Ellipsi per X punctum medij motus transit. *Videnda figura cap. 5.*


Ductâ porro Vβ ordinatâ per β corpus planetæ, ostensa est, prædicto loco Astronomia Philolaicæ, ζβ in epicyclo subtendere arcum duplum arcus EZ adeoque centrum epicycli esse in linea IZ quæ à centro I ad Z in peripheria circuli ducta est.

Sit in figura apposita prima obseruatio in punto O Ellipsis AΔE. & ordinata ad axem per punctum O in quo planeta, ducta GOL, cuius terminus in peripheria circuli sit L. deinde à punto D umbelicorum altero (qui in axe coni, circa quem medius motus fit) per O corpus planetæ ducta sit DOH. & à punto H, quod est in circulo AβE ducatur alia ordinata HF ex illis, quæ supra ostendimus, erit puncti I intersectionis HF & Ellipsis locus planetæ medius, & linea DI motus medij linea circa punctum D.

Ut habeamus EDO angulum, subtrahendus est angulus

30 ASTRONOMIÆ PHILOLAICÆ
IDO. deinde subtrahendus adhuc erit ODL, vt habeamus EDL. Prima igitur æquatio subtrahenda, & ab Anomalia media, & loco medio planetæ in hac prima obseruatione est angulus IDL. & linea DL medij veri, & Anomaliæ mediæ veræ, vice fungitur.

In circulo igitur AEH datus est angulus EDL, seu BDL, & in triangulo DLB. datis præter angulum ad D lateribus DB, BL; dabitur addendus angulus DLB. ac proinde EBL angulus Anomaliæ (quam secundo æquatam appellabimus, quæque magnitudinem, rectarum DO, CO manifestabit) eritque EBL angulus, motus medius verus secundo æquatus.



Angulo deinde EBL additur angulus Epicycli OBS qui colligitur ex Anomalia secundo æquata EBL. & datur angulus EBO, & qui deinceps ABO & tunc colligitur motus medius verus EBO tertio æquatus.

FUNDAMENTA EXPLICATA.

31

Ex datis in triangulo BOC lateribus BO, BC & angulo ad B, colligitur addendus angulus BOC, & angulus proinde ad Solem ECO, eritque CO locus planetæ è Sole visus.

Accidit autem in hac hypothesi, æquationem primam motus medijs addendam esse motui medio & anomaliæ mediæ in primo huius quadrante ADY. Angulum vero ZBΔ Epicycli Elliptici, qui colligitur ex anomalia secundo æquata ABY, ab iisdem esse subtrahendum in primo quadrante Anomaliæ secundo æquatae ABE.

In secundo vero quadrante anomaliæ mediæ YDE, æquationem primam subtrahendam esse à medio motu & anomalia media, angulum vero Epicycli Elliptici, in e BE secundo quadrante anomaliæ secundo æquatae, & medio motui secundo æquato & anomaliæ secundo æquata addendum esse.

In tertio quadrante anomaliæ mediæ post semicirculum accedit, æquationem primam, nempe angulum RDX addendum esse angulo EDR motui medio & Anomaliæ mediæ, eritque EDX angulus anomaliæ mediæ primo æquatae; angulum vero Epicycli XDT ab utroque subtrahendum medio motu & anomalia secundo æquatis.


In quarto tandem accedit, æquationem primam IDL subtrahendam esse à motu medio & anomalia media EDI angulum vero Epicycli Elliptici OBS. utriusque secundo æquato addendum esse.

Præterea quando Anomalia media erit angulus ADΔ g. 90. vel 270. tunc nulla est æquatio prima medijs motus & anomaliæ mediæ quoniam ordinata DY, eadem est, ac illa quæ à puncto D ad Y terminata ordinata dicitur, simulque coincidunt.

Quando anomalia secundo æquata erit 90. ABε vel 270. tunc nulla est æquatio Epicycli Elliptici, cum anomaliæ illius linea Bεβ transeat per corpus planetæ & a centrum Epicycli Elliptici.

CAPVT VIII.

Exemplum calculi in quatuor adsumptis locis, usurpatis pro-staphæresibus Tabularum Philolaicarum pagina 46. exhibitis, & ad hanc nostram hypothesim reformatam accommodatis.



QVONIAM scrupulis secundis paucissimis à se inuicem differunt anguli IDO, ODL, OBS, vna & communis mensura hic usurpabitur à nobis, nempe anguli OBS Epicycli Elliptici; alias illorum ab inuicem mensuras distinguemus. In Marte quidem & aliis Mercurio excepto, vix scrupuli vnius primi differentiam inuehere potest angulorum illorum supponita

FUNDAMENTA EXPLICATA. 33

sita equalitas. In Mercurio vero cuius Ellipsis ceteris sensibilior, sensibilius discrimin causatur inter eos, maioremque facit angulum IDO, vel ODL angulo OBL; paulo minorem vero angulum RDN, vel NDX angulo TBX, differentia magis sensibili.

In prima obseruatione.

S. g. '."	S. g. '."
Motus medius DI ∞ 8. 32. 15	etos OBA anomaliæ tertio equatæ. 46. 6. 20
Anomalia media circa D est AEI 10. 9. 56. 1	Et locus Martis BO erit ∞ 12. 29. " 54
Complementum ad quatuor rectos angulus IDA 50. 3. 59	Ex anomaliæ angulo EBO da- tur æquatio optima BOC add. 3. 35. 10
Cui anomaliæ respondet equa- tio Epicyclij Elliptici 7. 15	Ergo locus Martis ex Sole CO in ∞ 16. 5. 4
Huius duplum, anguli IDO ODL simul sumpti, subtra- hendum à Mediis longitud. & anomalia. 14. 30	Ex anomalia Solis & Martis coæquatatis maxima æquatio orbis in Tabulis g. 37. 19. Sol est in h. g. 15. 4. 2. quare anomalia orbis est Sig. 5. g. 28. 58. " 58. Hinc æquatio orbis add. g. 1. 33. " 34. & lo- cus Martis ex terra dabitur in ∞ g. 17. 38. " 38. qui per priorem calculum repertus est in g. 17. 38. " 28. diffe- rentia inter ambos " 10. nul- lius momenti.

Motus ergo medius æquatus
erit in hac hypothesi DL.
 ∞ . 8. 17. 45

Et Anomaliæ primo æquatæ
complementum ad quatuor
rectos. 50. 18. 29

Huic congitæ æquatio circu-
lor. æquantum DLB
add. 4. 4. 47

Anomal. primo æquatae &
motui Martis primo equato
vt sit BL ∞ 12. 22. 32

Anomaliæ secundo æquatae
complementum ad quatuor
rectos erit LBA 46. 13. 42

Æquatio Epicyclij OBS.
add. 7. 22

Ergo complem. ad quatuor re-

S. g. '."

etos OBA anomaliæ tertio
equatæ. 46. 6. 20

Et locus Martis BO erit

∞ 12. 29. " 54

Ex anomaliæ angulo EBO da-
tur æquatio optima BOC
add. 3. 35. 10

Ergo locus Martis ex Sole
CO in ∞ 16. 5. 4

Ex anomalia Solis & Martis
coæquatatis maxima æquatio
orbis in Tabulis g. 37. 19. Sol
est in h. g. 15. 4. 2. quare
anomalia orbis est Sig. 5. g.
28. 58. " 58. Hinc æquatio
orbis add. g. 1. 33. " 34. & lo-
cus Martis ex terra dabitur
in ∞ g. 17. 38. " 38. qui per
priorem calculum repertus
est in g. 17. 38. " 28. diffe-
rentia inter ambos " 10. nul-
lius momenti.

In secunda obseruatione.

Motus medius my 29. 56. 52

Anomalia media. 31. 15. 7

Æquatio Epicyclij. 6. 30

Duplum add. mediis motui &
anomaliæ. 13. 1

Motus ergo medius æquatus

E

	S. g. '.	S. g. '.
Anomalia primo æquata.	o. 9. 53 31. 28. 8	Anomalia media. 126. 3. 55 Æquatio Epicycli. 7. 0 Duplum subtrah. 14. 0
Huic responderet æquatio cir- culturum æquantum		Itaque motus medius æquatus ⁊ 4. 37. 13
Subt. 2. 46. 7		Anomalia primo æquata. 125. 49. 55
Quare anomalia secundo æ- quata. 28. 42. 1		Æquatio circulorū æquantum subt. 4. 17. 56
Æquatio Epicycli subtr. 6. 10		Anomalia secundo æquata. 121. 31. 59
Anomalia tertio æquata. 28. 35. 51		Æquatio Epicycli add. 6. 32
Æquatio optica- 2. 20. 34		Anomalia tertio æquata. 121. 38. 31
Æquationis partes igitur tales sunt		Æquatio optica subt. 4. 45. 25
Epicyclij } Subt. 6. 10.	2. 46. 7	Æquationis igitur partes sic se habent.
Optica 2. 20. 34		Circulorū subt. 4. 17. 56 Epicyclij. Add. 6. 32 Optica subt. 4. 45. 25
Summa subtr. à loco Martis medio vero 5. 12. 51		Tota subtrahenda. 8. 56. 49
Locus Martis ex Sole ⁊ 24. 57. 2		Locus ergo Martis ex Sole + 25. 40. 24
Ex anomalii Solis & Martis datur maxima æquatio or- bis. 37. 14		Anomaliae Solis & Martis co- æquatæ dant maximam Æ- quat. orbis. 44. 34
Sol apparuit in ☽ 23. 58. 44		Sol est in ☽ 24. 59. 44
Hinc anomalia orbis. 5. 29. 1. 45		Anomalia igitur orbis. 5. 29. 19. 20
Et æquatio orbis add. 1. 29. 43		Cui responderet æquatio.
Ideo locus Martis ex terra ⁊ 26. 26. 45		Ad. 1. 35. 41
Qui à prius inuento nihil dif- fert.		Locus Martis ex terra + 27. 16. 3.
In tertia observatione.		Qui differt à prius inuento. 45
Motus medius Martis ⁊ 4. 51. 13		

FUNDAMENTA EXPLICATA.

S. g. '."

S. g. '."

4. 23

subt.


<i>In quarta obseruatione.</i>		Ergo anomalia tertio æquata
Motus medius Martis DR		est EBV. 71.33.19
8 5. 27. 46		Et ideo BV est in 8 10. 26. 36
Anomalia media post semicirculum cira D. angulus EDR.	66. 34. 39	Et optica æquatio BVC add. 5. 11. 48
Æquatio Epicyclij Elliptici.	5. 23	Ergo locus Martis ex Sole
Duplum addend. RDX.	10. 46	Linea CV.
Motus medius æquatus primo linea DX	8 5. 38. 32	Anomalie Solis & Martis æquatae dant maximam equationem orbis. 41. 58
Anomalia primoæquata EDX.	66. 45. 25	Sole est in m 14. 0. 43
Æquatio circulorum DXB addenda.	4. 52. 17	Ergo anomalia orbis. 5. 28. 22. 29
Anomalia igitur secundo æquata EBX.	71. 37. 42	Æquatio add. 3. 14
Locus Martis ex centro B. erit BX in	8 10. 30. 49	Locus Martis ex terra erit in 8 18. 52. 14
Anomalia EBX dat Epicycli angulum æquationis XBT.		Qui differt à prius inuento. 1. 17
		Nullius fere momenti differentia.

Demonstratam igitur habemus hypothesim Ellipticam in circulos refutatam, & calculo, ex Tabulis, quas in Astronomia Philolaica confecimus, comprobatam.

CAP V T IX.

Quid in hypothesi simplici Elliptica in Astronomia Philolaica explicata deficiat.

BREVITER hoc explicabimus, & quod erratum à nobis best, corrigemus; & vnde natus sit error, ingenue declarabimus. Neque enim tam temerarius sum, aut de me sic sentio, ut in errorem labi me non posse credam. Nec etiam mea sic vendito, quasi vel salus ea excogitare potuerim, nullusve his



meliora tradere queat. Veritatis solummodo studiosus sum, & si illam adipisci mihi aliquando contigerit; fructum tunc me percepisse amplum existimo; nullamque ex fama voluptatem aliam capio, quam si illis, qui noscere cupiunt, opem aliquam tenuem tulerim.

Dixi in Astronomia Philolaica, moram realem & accelerationem fieri in Ellipsi circa-conum ob inaequales circulos, quos pertransit planeta; quod euidem verissimum est: quam vero rationem obseruent illae morae & accelerationes amplius declarare oportet.

Sit circa axem Coni AF motus medius Martis LI locus medius I, per quem ducatur ad diametrum BD ordinata OIY, quae circuli BOD peripheriam attingat in puncto O. iungantur puncta LO, recta linea quae secat Ellipsim in S. per quod punctum S ducatur ordinata MT. ex illis, quae supra demonstrauimus, corpus planetae reperitur in puncto S.

Angulus itaque medij motus est BLI, seu in circulo PEY angulus PEI, est enim LY aequalis EY ob factas aequales GN, GL. ergo & LY aequalis erit EY, quia PEY aequaliter ZNG. præterea est ordinata IY ad EY & LY perpendicularis, quoniam in eodem sunt plano LY, EY; estque IY ad LY perpendicularis; ergo & ad EY perpendicularis etiam erit. Est etiam communis altitudo triangulorum ILY, IEY; quare similia & aequalia erunt triangula, & angulus ILY aequalis erit IEY. & qui deinceps BLI, PEI aequales inter se erunt, quam aequalitatem angulorum non indicaui in Astronomia Philolaica.

Quoniam vero locus planetae hic ponitur in secundo quadrante ab aphelio B. corpus ipsius reperitur in puncto S; ipsiusque motus equalis imminuitur angulo SLI, & in circulo RXM, in quo, ut etiam in Ellipsi, ordinata est SM, inuenitur.

Mora realis est angulus, quo differt BLS, seu RXS ab angulo BGS. differentia autem illa est angulus LSG. sed in triangulo LSG, non est ut radius ad sinum anguli SLG, ita LG ad angulum LSG; sed est ut GS ad sinum anguli SLG, ita LG ad sinum anguli LSG, & GS minor est radio. Sinus itaque anguli LSG, qui ad corpus planetae S, maiorem tenet rationem ad LG, quam sinus anguli SLG ad radium. Eandem vero teneret, si in circulo planeta moueretur; ducta enim GO, erit ut GO

38 ASTRONOMIÆ PHILOLAICÆ
ad sinum anguli OLG, ita LG ad sinum anguli LOG. dissimiles ergo sunt rationes quantitate anguli SGO; qui in Marte posito in punctis H, Q, quadrantibus scilicet Anomalizæ æquatae, maximus est i. 19.

Quod itaque adstruxeramus, primam inæqualitatem moræ realis, distribui in eadem ratione ac sinus angulorum, correctione indiget in demonstratione, etsi insensibilis sit in calculo differentia, quæ scrupulum vnum primum cum triente vix attingat. in eo à me erratum esse in hypothesi Elliptica Simplici, & recte id Sethum Vvardum deprehendisse, libens agnosco.

Stat nihilominus veritas hypotheseos, quantum ad realis accelerationis aut moræ causam adsignatam. & cum secundum rationem sinuum versorum in diametro BD crescat excessus, quo superant semidiametrum Bd, semidiametri circulorum basi CD æquidistantium, & inter puncta V, D iacentium; crescat velocitas in descensu planetæ BHD secundum crescentes sinus versos medij veri motus angulis respondentes in circulo BOD, dempta vel addita differentia quæ ex angulo SGO. oritur; propterea fit ut prope puncta BD velocitas vel retardatio minus crescant, quam circa puncta HQ, in his enim subæqualibus angulis velociter crescunt vel minuantur sinus versi; in illis vero tarde, quod omnibus trigonometriæ & canonis sinum gnaris notissimum. Ex quo etiam confirmatur, quod supra cap. 3. huius adstruximus, distantiam nempe à terminis summæ tarditatis vel velocitatis super diametro BD in sinibus versis accipi debere.


CAPVT X.

*In Resoluta hypothesi Elliptica in duos circulos,
quid deficiat.*

EROR equidem ex eo fluxit, quod motum medium seu æqualem, & medium verum planetæ circa axem in una eadem que linea posuerim; in his nempe adsumptis quatuor observationibus in lineis GX, GO, Gφ, Gπ. Cum tamen, vt

FUNDAMENTA EXPLICATA. 39


supra ostendimus, inæqualitati breuissimæ, ob differentiam ordinatarum in Ellipsi & circulo, hoc est ob inæquales rectas PO, PN; & TX, TY; sit obnoxius, verusque medijs reperiatur in lineis GY, GN, Gψ, Gλ in punctis & S a Z quæ sunt in Ellipsi. propterea paulo minores semper euadebant æquationes; quia corpus planetæ proprius semper statuebatur linea EF quam reuera est. In Marte, differentia æquationum ad scrupula 2'. 30". circiter excrescebat. Id equidem non omnino sensi, nisi post absolutum opus Astronomicum. Ne vero Tabulæ à cœlo longius discederent, æquationes Tabularum Rudolphinarum in Marte resumpsi: cæteras reliqui, quod nullum sensibilem errorem calculo afferrent, & quominus



46 ASTRONOMIÆ PHILOLAICÆ

Tabulæ cœlo consentirent, nullatenus impedirent. In Mercurio equidem ad aliquot scrupula prima quibusdam in locis Eccentrici error abit in coniunctionibus cum Sole, præcipue matutinis, sed quæ certitudini motus & phœnomenis, parum efficiunt.

Hunc errorem iamdiu est, cum apud me correctum habeo, deque illo monere in editione altera Tabularum meditabar, & eo usque dissimulandum proposueram, & etsi me illum animaduertisse ex resumptis in Marte æquationibus Eccentrici Rudolphinis satis constat; verum præuertit mihi Clariss. Se- thus Vvardus, qui erratum indicauit; sed quomodo emandan- dum esset, non vidit.



Sit motus medius Planetæ recta DR, quæ est anomalia me- dia, hic in tertio quadrante addantur anguli RDN, NDH, qui reperiuntur per methodum supra ostensam erit, in hac hypothesi

FUNDAMENTA EXPLICATA. 41

hypothesi resoluta, anomaliae mediæ motus primo æquates angulus EDX post semicirculum, datisque BD, BX; dabitur BXD & tandem EBX. in triangulo TBV data sunt BV, TV cum angulo BVT (quod complementum est ad duos rectos dupli anguli EBX) dabitur etiam angulus TBV, ex dato angulo EBX dabitur CT, deinceps CTB.

In eo itaque erravi, quod lineam BX non satis promouerim in hoc tertio quadrante, & pro puncto X acceperim punctum N. fluxitque error ex eo quod motum medium DR sic acceperim, ut planetam posuerim in R, qui tamen est in T; ob servatam ab ipso directionem ad puncta D, N, & hic promouetur quantitate anguli RDN. hac itaque promotione facta, promouetur etiam punctum X summa absis Epicycli, quæ & corpus Planetæ T semper sunt in hac hypothesi in eadem ad AE diametrum ordinata KTX, & propterea illa absis angulo NDX promouetur; & ob non promotum medium motum DR illam in puncto N statuebam.

Sic itaque reformanda est hypothesis Elliptica in circulos resoluta, ut respondeat observationibus in qua certe contra Geometriam nihil peccavi, sed inæqualitatem illam patuam medij motus, mihi nondum animaduersam, præterij ac omisi. Æquationes Eccentrici propterea iusto minores exhibui, unde aliqua differentia in loco Eccentrici vero ab observatione emergebat.

Hac igitur, quam nunc tradimus, methodo Geometrica & demonstratione resoluta hypothesis phænomenis consentire ostenditur, quæ ob omissam æquationem illam paruulam medij motus turbata aliquomodo fuerat. At vero quæ adsumpsimus fundamenta, ad motum medium & æqualem circa axem coni demonstrandum, immota & inconcussa manent; atque etiam accelerationis & moræ causa integra permanet; progressio scilicet Planetæ per inæquales circulos circa axem Coni. Constat etiam ex his, quæ nunc primum inuenimus, Planetæ motum circa umbilicum in axe directionem obseruare ad eundem umbilicum, & ad ordinatæ terminum, qui in peripheria circuli super axe transuerso Ellipſeos descripti; & propterea medium illum motum inæqualitate affici, propter ordinatarum in circulo, & Ellipsi ad idem axis transuersi pun-

Etum inæqualitatem; æquatione deinceps, ut supra ostendimus, inuehta, angulum ad Solem à priori inuenimus.

Ex illis autem constat, à propria forma interna moueri planetam, non autem à Sole trahi & repellere. Verum est enim, in primo quadrante anomalie, quando à Sole longissimè distat, accelerari circa axem motum planetæ medium, atque adeo ad Solem citius tendere, quam in secundo quadrante, in quo retardatur motus medius, dum ad Solem magis accedit Planeta; quare illius virtutis attracticis vires in distans magis, quam in propinquum agerent, quod *πορηναίαν* dicitur.

At vero in tertio quadrante, quando Planeta à Sole minus distat, magis ab eo propellitur, quam in quarto animalia quadrante, ubi minus propellitur. In hac quidem propulsione Virtus Solis rationi consentaneè magis operatur, quam in attractione, ubi *ἀλέγει* vires suas exerit.

Tuto igitur à Keplero discedimus, qui nullam Planetæ ad Solem directionem ostendit, nos vero arctissimam motus planetæ circa axem Coni connexionem ad umbilicum in ipso possumus, & ordinatas in circulo, super axe transuerso Ellipseos descripto, directionem demonstrauimus. Inconcussa igitur manent Astronomiæ nostræ Philolaicæ fundamenta; quæ etiam à Clariss. Setho Vvardo hanc laudem ea de causa refert, quod calculus ex Tabulis deductus cœlo admodum & præcærteris consentiat, in quo laudis genere excellere, exantlati in Astronomia laboris præcipuum præmium est.

CAPVT XI.

Quid à Clariss. Setho Vvardo, minus rectè assertum, & minus Geometrice explicatum sit in sua breui inquisitione.

CV M siñceræ ac ingenuè *μηρόεια* & hallucinationem meam, solo veritatis studio ductus agnouerim, non succensere mihi, aut impatienter ferre debet Vir Clariss. Sethus Vvar-

dus, si quosdam errores ab ipso admissos indicauero.

In methodo, quam explicat cap. 6. ad inueniendum angulum ad Solem ex data Anomalia media; Geometricè equidem procedit, sed anomalia illa media quam adsumit, ad rem insufficiens est. Non transit enim per corpus Planetæ linea illa Anomaliae mediæ, nisi quando ipsa est g. 90. vel 270. neque ex ipsa Planetæ ab altero focorum distantia colligi potest. Incidit in eundem errorem *Sethus Vvardus*, ac ipse incideram. Oportet igitur, ut prius inueniat anomaliam mediam veram circa axem Coni, ut methodo sua rectè vratur; inuenire autem illam alia via, præter eam, quam indicauimus, non potest.

Capitibus VII., VIII., & IX. carpit methodum, qua usus sum in inquirendis Eccentricitatibus Solis, Lunæ & superiorum Planetarum; verum hoc in negotio æquior esse debuit. Monui enim impossibile esse à priori distinguere partes ambas inæqualitatis, lib. 2. cap. 1. & lib. 8. cap. etiam 1. Astronom. Philolaicæ. Reprehendit itaque methodum meam, quia præcise non sequuntur æquationes circulorum æquantum ratios sinuum rectorum. Sed supra demonstrauimus tam exiguâ differentiâ unam ab altera discrepare, ut nullum valde sensibilem errorem admittere ex illa suppositione; in acquirenda Eccentricitate, Astronomus queat; quem postmodum errorum pluribus collatis observationibus emendare potest. Tentet Clariss. *Sethus Vvardus*, qua prædictus est solertia, Prolemaïcam aut Keplerianam; hanc fastidium ipsi creaturam; illam, si experiri velit, in maximam anxietatem ipsum adducturam esse, certus sum; cum duobus acceptis circa perigæam locis, breuissimam deprehendet Eccentricitatem; duobus vero circa apogæum adhibitis, maximam inueniet. Aliam breuiores & certiores methodum, si ipse vel alias attulerit, palmam dabo, meamque deseram.

Quantum autem spectat ad Venerem & Mercurium, ipsorum Eccentricitatem inquisiui, suppositis angulis contactus, in maximis à Sole euagationibus, rectis, atque adeo quasi per circumum mouerentur. Anguli profecto ad Solem præcise veri accepti non sunt, quia in Ellipsi angulus contingentia rectus non est. Monui theoremate IX. lib. XL. Astron. Philol. quid in hac praxi verum, quid falsum esset. Aliam etiam methodum

44 ASTRONOMIÆ PHILOLAICÆ

faciliorem, & plane Geometricum à priori si quis repéreret,
mea rejecta, illam amplectar.

Sed hic attendant Astronomi & Geometræ, quod Ellipsem
specie non notam quærant; qua propter quantitatem angulo-
rum contactus à priori cognitam habere nusquam poterunt.
Rectos supposuimus, quia ad circulum accedit Ellipsis: ideo
etiam, quod descriptis ex umbilico Ellipseos circulis, qui con-
tingentes Ellipsem contingant, omnia contactuum puncta il-
lorum circulorum & contingentium sunt in circulo, qui super
Ellipseos axe transuerso describitur. Non nego quidem in-
commodum in hac praxi, quod in aliis notatum est, idem re-
periri, ob illam breuem motus medijs circa axem obmissam in-
æqualitatem; verum error, ut in aliis emendari potest.

Num vero Clariss. Vvardus, viam cautiorem rectioreme in-
gressus est? Qui cap. X. Inquisit. breuis. ex dato Terræ aphelio
atque eius Anomalia media, vna cum apparente Solis in Ecli-
ptica, Eccentricitatem eius inuenire docet. Quam præ iam
methodum tradidit ad inueniendum Aphelij Terræ locum?
An ex apparenti Solis obseruata diametro punctum illud
Aphelium inuestigare nos iubet? Principium petit; quod que-
rit, inuentum iam supponit; quod ~~κατέγεντον~~ valde est. Aphe-
liorum loca seorsum ab Eccentricitatibus inueniri non pos-
sunt; nec prudenter facit, cum vnius ab altero contemplatio-
nem disiungit.

Similia sunt illa, quæ cap. 12: proponit. ex datis scilicet tri-
bus à Sole distantiis, & loco Ellipseos circulo substituto in-
uenire Solis inæqualitatem.

Proculdubio cùm nostra diruere aggreditur Sethus Vvardus,
ipse vel ex ruderibus, vel aliunde comportata materia aptiora
non ædificat, quæ solida firmaque sint. Adhuc enim princi-
pium ipse petit, ~~η εἰς τὸ οὐρανὸν ἐμπειστεῖ~~, supponit enim datas à So-
le distantias, ut Eccentricitatem colligat, quæ innotescere
non possunt, nisi data Eccentricitate. Iam itaque supponit
inuentum, quod quærendum instituit, quod arti ~~παραδίκην~~ pror-
sus contrarium.

Omnes denique, ipsumque Sethum Vvardum, monitos vo-
lo, me in Keplerum inquam inuestum esse, cuius ingenium,

semper miratus sum. Geometram autem ipsum mediocrem
fuisse testantur ipsius scripta. Defuit proculdubio ipse sibi,
cum linearum ab altero focorum seu vmbilicorum ad Elli-
pticis ductarum incrementa non demonstrauerit. Cum etiam
in Martis Eccentricitate, & centro medij motus inquirendis,
problema proposuerit, quod determinari nequit ad vnum
aliquod punctum. Sectio siquidem eccentricitatis in pluribus
punctis facta, idem semper praestat. Ideo tamen nollem Keple-
ri famæ detrahere ; cui Mathematicarum artium studiosi,
principiè vero Astronomi, multum debent. Ipse enim mira
sagacitate viam Planetæ Ellipticam esse primus inuenit, adeo-
que rationem veram determinandi motus cœlestes tradidit.
Coniecturis autem Physicis minus tribuisse virum illum vel-
lem. Absit ergo, vt de Astronomia, de Optica, deque mul-
tis aliis optime meriti celeberrimi Iohannis Kepleri nomen
famamque suggillem vñquam. Me tandem ab omnibus talem
credi cupio, qui vnius veritatis inuestigandæ cupidus sim: quam
sequi & adipisci, quo eumque duce viam commonstrante, mihi
propositum est.

Zoca 28. Martis à Tychone obseruata à Keplero in Commentarijs de Stella Martis assumpta, hic iuxta Tabulas Philolaicas & iuxta hypothesis supra restitutam secundum longitudinem computata.

		Locus ☽ Me- dius.	Anomalia ☽ Media.
	Anni. Menses. D. H.	S. g. ' ".	S. g. ' ".
1	1582. Nouemb. 23. 16. 0	↔. 12. 30. 12	5. 7. 11. 53
2	Decemb. 26. 8. 30	↘. 14. 43. 41	6. 9. 25. 8
3	Decemb. 30. 8. 10	↘. 18. 39. 25	6. 13. 20. 52
4	1583. Ianuar. 26. 6. 15	↔. 15. 11. 7	7. 9. 52. 38
5	1584. Decemb. 21. 14. 0	↘. 10. 32. 0	6. 5. 11. 45
6	1585. Ianuar. 24. 9. 0	↔. 13. 50. 25	7. 8. 30. 5
7	Februar. 4. 6. 40	↔. 24. 35. 11	7. 12. 14. 49
8	Martij. 12. 10. 30	↙. 0. 13. 37	8. 24. 53. 10
9	1587. Ianuar. 25. 17. 0	↔. 14. 40. 34	7. 9. 18. 22
10	Martij. 4. 13. 24	↙. 21. 58. 58	8. 16. 36. 40
11	Martij. 10. 11. 30	↙. 27. 49. 7	8. 22. 26. 48
12	Aprilis. 21. 9. 30	8. 9. 8. 2	10. 3. 45. 36
13	1589. Martij. 8. 16. 24	↙. 26. 33. 24	8. 21. 9. 11
14	Aprilis. 13. 11. 15	8. 1. 49. 42	9. 26. 25. 24
15	Aprilis. 15. 12. 5	8. 3. 50. 2	9. 28. 25. 44
16	Maij. 6. 11. 20	8. 24. 30. 5	10. 19. 5. 45
17	1591. Maij. 13. 14. 0	↔. 1. 1. 58	10. 25. 35. 41
18	Iunij. 6. 12. 20	↔. 24. 37. 12	11. 19. 10. 51
19	Iunij. 10. 11. 50	↔. 28. 32. 32	11. 23. 6. 11
20	Iunij. 28. 10. 24	↔. 16. 13. 28	0. 10. 47. 4
21	1593. Iulij. 21. 14. 0	↙. 9. 33. 1	1. 4. 4. 59
22	Augusti. 22. 12. 20	↖. 11. 1. 21	2. 5. 32. 54
23	Augusti. 29. 10. 20	↖. 17. 50. 23	2. 12. 21. 55
24	Oetobris. 3. 8. 0	↔. 22. 14. 31	3. 16. 45. 58
25	1595. Septemb. 17. 16. 45	↔. 6. 21. 12	3. 0. 50. 47
26	Oetobr. 27. 12. 20	↖. 15. 35. 51	4. 10. 5. 22
27	Nouembris. 3. 12. 0	↖. 22. 29. 0	4. 16. 58. 30
28	Decembr. 18. 8. 0	↘. 6. 40. 34	6. 1. 9. 56

FUNDAMENTA EXPLICATA.

47

	Locus ♂ Ve- rus.	Locus ♂ Me- dius.	Anomalia me- dia.	Anomaliae & Motus me- dii æquatio.
S.	g. ' . "	S. g. ' . "	S. g. ' . "	' . "
I	↔. II. 41. 50	↔. 21. 24. 26	9. 22. 48. 18	5. 19. S
2	∅. 15. 4. 2	∅. 8. 32. 15	10. 9. 55. 59	7. 18. S
3	∅. 19. 8. 13	∅. 10. 37. 35	10. 12. 1. 18	7. 23. S
4	∅. 16. 31. 29	∅. 24. 44. 5	10. 26. 7. 42	6. 54. S
5	∅. 10. 43. 17	∅. 29. 7. 58	II. 0. 29. 7	6. 21. S
6	∅. 15. 8. 5	∅. 16. 50. 38	II. 18. 11. 32	2. 59. S
7	∅. 26. 9. 24	∅. 22. 33. 20	II. 23. 54. 18	1. 28. S
8	Υ. 2. 15. 56	mp. II. 30. 22	∅. 12. 51. II	3. 7. A
9	∅. 15. 59. 46	mp. 10. 6. 42	∅. 11. 25. 5	2. 50. A
10	∅. 23. 58. 44	mp. 29. 56. 52	1. 1. 15. 5	6. 26. A
11	∅. 29. 50. 50	∅. 3. 3. 5	1. 4. 21. 16	6. 55. A
12	∅. 10. 48. 42	∅. 25. 1. 5	1. 26. 20. 6	6. 48. A
13	∅. 28. 34. 57	∅. 25. 12. 19	1. 26. 27. 36	6. 48. A
14	∅. 3. 38. 31	m. 13. 57. 53	2. 15. 13. 21	3. 40. A
15	∅. 5. 36. 47	m. 15. 1. 32	2. 16. 17. 0	3. 24. A
16	∅. 25. 48. 5	m. 26. 0. 52	2. 27. 16. 14	0. 41. A
17	II. 2. 10. 2	↔. 22. 18. 44	3. 23. 31. 29	5. 23. S
18	II. 24. 59. 44	∅. 4. 51. 13	4. 6. 3. 52	7. 2. S
19	II. 28. 46. 58	∅. 6. 56. 21	4. 8. 8. 59	7. 10. S
20	∅. 15. 52. 11	∅. 16. 20. 26	4. 17. 33. 0	7. 18. S
21	∅. 8. 25. 28	∅. 21. 34. 7	5. 22. 44. 1	1. 49. S
22	mp. 9. 10. 45	∅. 8. 18. 8	6. 9. 27. 55	2. 25. A
23	mp. 15. 54. 26	∅. 11. 55. 37	6. 13. 5. 22	3. 12. A
24	∅. 20. 16. 22	Υ. 0. 13. 7	7. 7. 1. 22. 44	6. 25. A
25	∅. 4. 18. 31	Υ. 14. 35. 45	7. 15. 42. 48	7. 22. A
26	m. 14. 0. 43	∅. 5. 27. 46	8. 6. 34. 41	5. 23. A
27	m. 21. 4. 0	∅. 9. 7. 24	8. 10. 14. 15	4. 42. A
28	∅. 6. 43. 7	II. 2. 37. 9	9. 3. 43. 50	0. 57. S

48 ASTRONOMIÆ PHILOLAICÆ

	Locus me- dius verus.	Anomalia S. g. '."	Martis Me- dia vera. S. g. '."	Æquationes primæ inæ- qualitatis. g. '."	Locus ex \odot S. g. '."
1	II. 21. 19. 7	9. 22. 42. 59	9. 24. 34	A	II. 0. 43. 41
2	II. 8. 24. 57	10. 9. 48. 41	7. 40. 0	A	II. 16. 4. 57
3	II. 10. 30. 12	10. 11. 53. 55	7. 24. 44	A	II. 17. 54. 57
4	II. 24. 37. 11	10. 26. 0. 48	5. 29. 36	A	II. 0. 6. 47
5	II. 29. 1. 37	II. 0. 22. 46	4. 50. 28	A	II. 3. 52. 5
6	II. 16. 47. 32	II. 18. 8. 33	1. 59. 40	A	II. 18. 47. 12
7	II. 22. 31. 52	II. 23. 52. 50	1. 2. 2	A	II. 23. 33. 54
8	mp. II. 33. 29	o. 12. 54. 18	2. 10. 10	S	mp. 9. 23. 19
9	mp. II. 9. 32	o. II. 27. 55	1. 55. 48	S	mp. 8. 13. 44
10	≈. 6. 3. 18	I. 1. 21. 31	5. 6. 6	S	mp. 24. 57. 12
11	≈. 3. 10. 0	I. 4. 28. 11	5. 33. 54	S	mp. 27. 36. 6
12	≈. 25. 7. 53	I. 26. 26. 54	8. 22. 44	S	≈. 16. 45. 9
13	≈. 25. 19. 7	I. 26. 34. 44	8. 23. 38	S	≈. 16. 55. 29
14	m. I. 4. 1. 33	2. 15. 17. 1	9. 58. 46	S	m. 4. 2. 47
15	m. I. 5. 4. 56	2. 16. 20. 24	10. 2. 28	S	m. 5. 2. 28
16	m. 26. 1. 33	2. 27. 16. 55	10. 30. 4	S	m. 15. 31. 29
17	II. 22. 13. 21	3. 23. 26. 6	10. 2. 56	S	II. 12. 10. 25
18	II. 4. 44. 11	4. 5. 56. 50	9. 2. 2	S	II. 25. 42. 9
19	II. 6. 49. 11	4. 8. 1. 49	8. 49. 20	S	II. 27. 59. 51
20	II. 16. 13. 8	4. 17. 25. 42	7. 40. 22	S	II. 8. 32. 46
21	≈. 21. 32. 18	5. 22. 42. 12	1. 28. 26	S	≈. 20. 3. 32
22	X. 8. 20. 33	6. 9. 30. 20	1. 55. 28	A	X. 10. 16. 1
23	X. 11. 58. 49	6. 13. 8. 34	2. 38. 40	A	X. 14. 37. 29
24	V. 0. 19. 32	7. 1. 29. 9	5. 59. 54	A	V. 6. 19. 26
25	V. 14. 43. 7	7. 15. 50. 10	8. 6. 14	A	V. 22. 49. 21
26	V. 5. 33. 9	8. 6. 40. 4	10. 3. 40	A	V. 15. 36. 49
27	V. 9. 12. 6	8. 10. 18. 57	10. 15. 38	A	V. 19. 27. 44
28	II. 2. 36. 12	9. 3. 42. 53	10. 28. 10	A	II. 13. 4. 22

Anomalia

FUNDAMENTA EXPLICATA.

49

	Anomalia Orbis.	S. g. °. "	Maxima æquatio orbis.	g. °.	Æquationes Orbis ex Tàbulis.	g. °. "
1	5. 10. 58. 46	38.	15	25. 57. 9. A		
2	5. 28. 59. 5	37.	19	1. 34. 25. A		
3	6. 1. 13. 17	37.	14	1. 52. 49. S		
4	6. 16. 24. 42	36.	53	21. 48. 7. S		
5	5. 6. 51. 12	36.	34	27. 22. 41. A		
6	5. 26. 20. 53	36.	25	5. 18. 51. A		
7	6. 2. 35. 30	36.	28	3. 47. 21. S		
8	6. 22. 52. 37	36.	57	27. 38. 32. S		
9	5. 7. 46. 2	36.	25	26. 30. 5. A		
10	5. 29. 1. 32	37.	12	1. 29. 41. A		
11	6. 2. 14. 44	37.	25	3. 28. 8. S		
12	6. 24. 2 53	38.	54	30. 57. 28. S		
13	5. 11. 39. 28	38.	17	25. 19. 34. A		
14	5. 29. 35. 44	39.	53	0. 43. 11. A		
15	6. 0. 34. 19	39.	59	1. 1. 48. S		
16	6. 10. 16. 36	41.	3	18. 20. 0. S		
17	5. 19. 59. 37	43.	20	20. 10. 43. A		
18	5. 29. 17. 35	44.	35	1. 24. 38. A		
19	6. 0. 47. 7	44.	47	1. 52. 17. S		
20	6. 7. 19. 25	45.	32	17. 15. 30. S		
21	5. 18. 21. 56	47.	9	27. 39. 51. A		
22	5. 28. 54. 44	46.	41	2. 56. 56. A		
23	6. 1. 16. 57	46.	27	3. 22. 18. S		
24	6. 13. 56. 56	45.	0	28. 31. 36. S		
25	5. 11. 29. 10	44.	17	33. 19. 28. A		
26	5. 28. 23. 54	41.	57	3. 12. 27. A		
27	6. 1. 36. 16	41.	35	3. 11. 57. S		
28	6. 23. 38. 45	39.	28	31. 22. 39. S		

G


	Locus & Com-				Locus & obser-				Differen-								
	putatus.				uatus.				S.	g.	'.	".	S.	g.	'.	".	'.
1	⊖.	26.	40.	13	⊖.	26.	38.	30	--	I.	43						
2	⊖.	17.	39.	22	⊖.	17.	40.	30	+	I.	8						
3	⊖.	16.	2.	7	⊖.	16.	0.	30	--	I.	37						
4	⊖.	8.	18.	40	⊖.	8.	20.	30	+	I.	50						
5	mp.	I.	14.	46	mp.	I.	13.	30	--	I.	16						
6	⊖.	24.	6.	3	⊖.	24.	7.	30	+	I.	27						
7	⊖.	19.	46.	33	⊖.	19.	47.	0	+	O.	27						
8	⊖.	II.	44.	47	⊖.	II.	46.	0	+	I.	13						
9	⊖.	4.	43.	49	⊖.	4.	42.	0	--	I.	49						
10	mp.	26.	26.	53	mp.	26.	25.	40	--	I.	13						
11	mp.	24.	7.	33	mp.	24.	5.	15	--	2.	18						
12	mp.	15.	47.	21	mp.	15.	48.	20	--	O.	59						
13	m.	12.	15.	3	m.	12.	16.	50	+	I.	47						
14	m.	4.	45.	58	m.	4.	43.	20	--	2.	38						
15	m.	4.	0.	40	m.	3.	58.	20	--	2.	20						
16	⊖.	27.	II.	3	⊖.	27.	7.	20	--	3.	43						
17	⊕.	2.	21.	7	⊕.	2.	20.	0	--	I.	7						
18	⊕.	27.	16.	47	⊕.	27.	15.	0	--	I.	47						
19	⊕.	26.	7.	34	⊕.	26.	2.	36	--	4.	58						
20	⊕.	21.	15.	33	⊕.	21.	10.	0	--	5.	33						
21	⊕.	17.	43.	23	⊕.	17.	45.	45	+	2.	22						
22	⊕.	13.	12.	57	⊕.	13.	10.	15	--	2.	42						
23	⊕.	II.	15.	11	⊕.	II.	14.	0	--	I.	11						
24	⊕.	7.	47.	50	⊕.	7.	50.	10	+	2.	20						
25	⊕.	26.	8.	49	⊕.	26.	7.	12	--	I.	37						
26	⊕.	18.	49.	16	⊕.	18.	51.	15	+	I.	59						
27	⊕.	16.	15.	47	⊕.	16.	18.	30	+	2.	43						
28	⊕.	II.	41.	43	⊕.	II.	40.	0	--	I.	43						

CAPVT XII.

Quomodo in creatione, & quibus medijs motus Planetæ, per figuram Ellipticam sit ordinatus.

ANALYSIS.

MOTUS Planetæ ordinatus est circa axem AF, & monetur per Ellipsim BHD, ita ut motus circa axem sit per se æqualis, & inæqualis in Ellipsi fiat; sitque tardior in eius par-



te superiori versus aphelium B. velocior vero, postquam Pla-
neta quadrantem primum circa axem confecit, & versus D
perihelium venit, quia vero circa B Aphelium tardius in Ellipsi
mouetur, illic termino, in quo quies, propior est, quam circa
perihelium D. quare, ut in Astronomia Philolaica ostendim-
us, per maiores circulos versus perihelium voluitur, quam
circa perihelium. hos porro circulos minores ac maiores, in
Coni superficie positos esse ostendimus. Ideo circa B aphe-
lium vertici Coni propior est Planeta, quam circa perihelium
D. descenditque à minoribus circulis ad maiores. Äqualiter
itaque, hoc est angulis æqualibus, motus circa axem Coni
progrediens, maiores ac maiores circulos adeundo velocior
fit in Ellipsi. Acceleratio igitur, ab illis crescentium circulo-
rum amplioribus circumferentiis oritur adeoque maior illa di-
gressio à vertice Coni vnaque simul circa ipsius axem voluta-
tio causæ efficients sunt accelerationis; vel saltem modus per
quem acceleratio fit.

Cum autem per digressionem à vertice Coni, & circa eius
axem simul peractam reuolutionem fiat acceleratio; si ad ipsum
verticem Planeta regredieretur circa axem reuolutus, omnes
gradus accelerationis successiue amitteret, & in Coni vertice
conquiesceret, vbi circuli desinunt in punctum (in indiuisibili
enim punto motus non fit) de mobili itaque immobile fieret,
hoc est ipsius formæ motricis actus euanesceret, & quantum
ad motum, quem amitteret, spectat, in eo statu reperiatur, in
quo erat antequam creatus esset.

SYNTHESIS.

Constitutio itaque motus sic facta est, vel fieri potuit. In
creatoris mente Planetæ corpus mobile fuit, qui motum ipsi
imprimere perpetuum decreuit. impressio autem motus per
impulsionem fit: propterea omnipotentiæ suæ viribus creator
illa condita corpora statim ab uno termino impulit. Quia ve-
ro impressus motus est, à quiete ad determinatum gradum ac-
celerationis successiue peruenit, sicut nunc in motus accelera-
toris peruenire videmus, cum eadem rationes in rebus conser-
uandis perdurent, ac in creandis à conditore adhibitæ sunt,

quandoquidem vero perpetuus est, per circulos fieri debuit
continue crescentes à termino quietis, ut accelerationem
fuscoiperet. A vertice itaque Coni intelligibilis creatum Pla-
netæ corpus à creatore impulsum est, & æquali circulationis
motu circa ipsius axem contortum, ita ut linea spiralis circu-
lationem vnam vel plures describendo per infinitos circulos
magnitudine inæquales pertransierit, & gradus velocitatis ac-
quisierit à primo illo agente determinatos. In motum deinde
perpetuum, ad quem decreto suo alligauerat, Planetæ corpus
deflexit; viamque tenere fecit, cuius planum per centrum
Solis transiret, ut vero cum principio suo semper cohæreret
ille motus, circa eundem axem, quem initio impulsionis cir-
cumiuit, perseverare debuit; & quia perpetuus est, æqualibus
temporibus æquales angulos ipsum describere etiam conue-
niebat. & ut motum descensus, quem in initio quoque habue-
rat, retineret, postquam in motum perpetuum per vnum pla-
num deflexit, per aliquod spatium à vertice Coni descendit,
donec Soli, circa quem etiam alligatus est, proximus factus es-
set. Vnde propter motus perpetuitatem digreditur, & rursum
versus Coni verticem ascendit. Sicque Ellipsem describit Pla-
netæ, ut obseruationes docent.

Ob circularem vero ipsi ab initio impressum, - per totam
viam ad umbilicum L & ordinatas in circulo BOD, earum
que in circumferentia terminos, ut O, directionem seruat, quo-
fit, ut dum perdurat medius æqualisque motus in Ellipsi, qui
corpus Planetæ circa axem Coni circumducit, connexa ipsi
adhæreat SLI deuiaatio ab æqualitate breuis, in superioribus
ostensa: qua directione, eamque consequente deuiatione Pla-
netæ motus circa axem Coni breui inæqualitate fit modo ve-
locior modo tardior.

Apprime equidem Galileus maximaque animi solertia Dia-
logo i. contemplatus motus cœlestes, & mota recto prius la-
ta fuisse illa corpora, ut velocitatis gradus determinatos ac-
quirerent, qua per circulares, & in se se redeentes redeuntas
perpetuo deinceps ferrentur, validissimis rationibus ad-
struit. descensum siue casum à Coni vertice etiam adstruimus;
sed etiam circa axem ipsius gyrationē adfuisse censemus; siqui-
dem remeando per eandem viam (quam motus sit, & cum prin-

54 ASTRONOMIÆ PHILOLAICÆ
cipio cohæret) à vertice Coni descendisse, circa ipsum spirali-
ter circulando, Planetarum corpora deprehendimus.

Causam insuper inquirere possumus, quare Sol in altero vmbilico Ellipseos, quam describit Planeta, collocatus sit, & quamobrem Planeta motus circa Solem sit alligatus.

Cum in creationis puncto Planetæ motus spiralis per Coni ADC superficiem impressus sit, vt velocitatem determinatam acquireret circulum BV assecutus; & vt ipsa acquisita motui perpetuo alligaretur, deflexit in lineam in se redeuntem, & Ellipsem BHDQ descriptis. retinuit autem circa AF axem Coni motum æqualem; ita vt æquales angulos æqualibus tem-
poribus etiam faceret. Alligatus est itaque motus perpetuus &
æqualis circa axem Coni, circulorum basi æquidistantium cen-
tris atque etiam circa vmbilicum L, qui in axe, vt pote circa terminum, qui in Ellipsi rationem, quandam cestri tenet.

Quandoquidem autem Sol in centro totius Systematis Pla-
netarij collocatus est, necesse erat, & ad ipsum dirigi motum Planetæ, & cum eo connecti, à quo non plus digredieretur Planeta, quam est distantia KB, æqualis distantia LD. sicque rite ac conuenienter constituta res est; non longius enim Pla-
netæ discedit à termino, circa quem proprium motum habet,
quam in oppositis partibus à termino, qui mundi centrum est;
sicque oportuit viam esse Ellipticam, vt duobus illis fixis ter-
minis (velut retinaculis, quæ Planetæ motum intra certos li-
mites susterent & coercent) omnium scilicet communi K,
qui est Sol, altero vero L, qui cuiusque proprius est, innitere-
tur. In Ellipsi enim vmbilici veluti centra sunt, à quibus ductæ lineæ in plano ipsam generant.

Hinc certe causa manifesta sit, quare planum viæ Planetæ per Solis centrum transeat, necessario enim id sequitur, cum Solis centrum in vmbilicorum altero collocatus sit.

Sic autem de motibus Planetarum Philosophari potius mihi videtur, quam Keplerum sectari, qui omnia illa corpora motui obniti, & à Sole mōueri docet per speciei immateriatæ emis-
sionem; & virtutem modo trahentem modo expellentem con-
stituit: quæ tamen in primo semicirculo Ellipseos rationes agentium non obseruat, distans enim magis attrahit, quam propinqua.

MONITVM.

Absolueram Astronomiæ meæ Philolaicæ, & in ea adsumptæ hypotheseos Ellipticæ in Cono sectæ lucidiorem explicationem, vt Clariss. Viro Setho Vvardo responderem ac satisfacerem: cum ipse ex Anglia, quem anno superiori 1656. edit, librum, cuius titulus est *Astronomia Geometrica*, ad me misit. Adeo ciuiliter ac honorifice in eo, quod ex parte mihi dedicauit, opere mecum egit, vt ipsius humanitatem non mediocriter laudare officij mei ratio exigat. Nouam deinde methodum ad Apheliorum & Nodorum loca inuenienda, & Ellipseon axium transuersorum in singulis Planetis situm definiendum, quam in Inquisitione breui omiserat, in hac *Astronomia Geometrica*, ipsum attulisse monendi sunt lectiones.

Partis primæ cap. 3. modum inuestigandi aphelij proponit ex obseruatis veris locis & dato medio motu Planetæ. Via quidem illa ad inueniendum quod proponitur Geometricè deducit. Sed raro, præterquam in Sole, continget, vt ex obseruationibus aliorum Planetarum in acronychiis illa loca habeantur, cum binas aut quaternas ab Aphelio æqualiter distantes acquirere non concedatur; nisi post multorum annorum reuolutiones, per quarum decursum Aphelia loco promouentur; adeo vt æquatione ac correctione indigeat talis methodus; subuenit tamen illi incommodo, cum capite 6. & sequentibus nouum modum inueniendi verum Planetæ locum ex Sole extra situm acronychium tradit; aduertendum tamen est minus tutam esse hanc methodum, siquidem ex paruis, nempe latitudinibus, magna, nempe distantias Planetarum à Sole, & alia concludere oportet.

Quæ vero adstruit Sethus Vvardus Geometricè procederent, si anomalia medius motus semper esset æqualis: verum cum inæqualis sit circa umbilicum & axem Coni, vt ostendimus, angulus anomaliæ mediæ veræ ex illis, quæ supponit haberi non potest. Propterea methodus Clariss. Vvardi non efficit quod proponit, cum omnia necessaria data non sint: Propterea etiam Calculus quem cap. XI. ex hypothesi sua de-

36 ASTRON. PHIOL. FVND. EXPL.
ducit, illa æquatione medij motus omissa, Phænomena nunquam recte exhibebit.

Modum hactenus ab Astronomis usurpatum ad primam inæqualitatem inueniendam improbat cap. 9. tanquam ipsi inuentum supponerent, quod inueniendum erat; quam propositionem ut veram admittere nequeo; quia motum medium notum, & loca apparentia tantummodo supponunt ex observationibus cognita.

Hæc pauca mihi addenda fuerunt, & ob angustiam temporis, qua premor, breuiter percurrenda, vt Vir Clariss. suum librum me legisse, cæterique omnes ipsi me gratiam habere, meque virum veritatis amantem cognoscant.

F I N I S.